

2 tt

XII.
PRIMORVM
CAESARVM ET LXIIII.

IPSORVM VXORVM ET PArentum ex antiquis Numiſmatibus, in ære inciſæ, effigies: atque eorundem earundemque Vitæ & Res geſtæ, ex varijs Authoribus collectæ

per

LEVINVM HVLSIVM Gandauenſem. Not. Imp.

Demaresse d'alge.



Cum Priuilegio.

Francoforti ad Mœnum,
TYPIS IOHANNIS COLLITII.

Sumptibus Pauli Brachfeldij.

CIↃ IↃ XCVII.

d'Alge.

MAGNIFICO, NOBILI ATQVE CLARISSIMO VIRO, DOMINO CAROLO VASOLDO,

vtriuſq; iuris Doctori, Illuſtriſs. Principis Bambergenſis à Conſilijs & Cancellario Domino ſuo obſeruandiſſimo.



Nter tot & varias delectationes & exercitia homini in hoc vltimo ſeculo conceſſa, ad recreandum interdum animum, in medio occupationum aliarum & ſtudijs neceſſarijs, nulla (meo quidem iudicio) comparanda eſt (excepto ſtudio ſacro) lecturæ hiſtoriarum: nam præter delectationes, quæ ex ea innumeræ percipiuntur, etiam vberrimum fructum inde colligere poſſumus, vt nos admonet Cato:

Multorum diſce exemplo, quæ facta ſequaris
Quæ fugias: vita eſt nobis aliena magiſtra.

Atque hæc res, clariſſime Vir, me permouit, cum nuper in Italia ex quodam vetuſto exemplari Numiſmatum, Romanorum effigi-

es Imperatricum recuperauerim, vt has, cum illis ipſorum Cæſarum & parentum, quorum numiſmata ex parte habeo, de nouo in ære incidere iuberem, & exiguum hoc Opuſculum ipſorum Vitarum & rerum geſtarum colligerem: & collectū, ſub eximiæ Dom. V. auſpicio, cum id certo conſtet, eximiam Dom. V. in omni ſcientiarum ſtudio verſatiſſimam, harum fautorem & mecœnatem maximum eſſe, in lucem emittere. In hoc igitur breuiter recenſentur XII. primorum Imperat. Rom. Vitæ & Res geſtæ, quæ intra annos plus minus C. XLV. quibus Monarchia quarta maximè floruit, ſummæ rerum præfuerunt: Horum honeſta & turpia facta, vt & eorum vxorum & parentum laude digniſſima, ex parte quoq; probroſa, reperiuntur. Si enim fortitudinem Aureliæ, quæ filium Iulium ipſamet educauit & omnis generis diſciplinis erudiuit: ſi excellentiam Liuiæ: ſi caſtitatem Antoniæ: honeſtatem Agrippinę vxoris Germanici: & multarum aliarum inſignes virtutes reſpiciemus, ſatis materiæ ad laudes earum (quibus digniſſ. fuerunt) decantandas, habebimus: ita vt facta ipſarum virtuoſa, licet ab ethnicis geſta, omnibus honeſtis matronis, etiam noſtro ſeculo, pro exemplo pro-

poni

poni poſſint. Improbas ex aduerſo quod attinet, quarum ex numero ſunt Meſſalina, Druſilla, Poppæa, &c. earum quoq; mentio neceſſaria eſt, vt, quoniam vitam pro voluptatibus profuderunt, omnes intelligant, ſi pœnas & calamitates, quę haſce conſecutæ ſunt, euitare velint, etiam facta, quibus talia commeruerunt, ipſis fugienda eſſe: Nam vt vulgati habent verſus:

Oderunt peccare boni, virtutis amore,
Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.

Quod reliquum eſt exim. Dom. V. qua par eſt, ſubmiſſione oro, vt tenuem hunc meum laborem beneuolo animo accipere dignetur. Deus Opt. Max. exim. Dom. V. animi & corporis dotes augeat & confirmet, & long[illegible]c tranquilla vitæ ſpatia largiatur. Ex muſæo X[illegible]I. die Februarij. M. D. XCVII.

Exim. D. V.

Obſeruandiſs.

LEVINVS HVLSIVS
Gandauenſis.

PAVLVS BRACHFELDIVS BIBLIOPOL. BENEVOLO LECTORI S. D.



Oc in opuſculo, amice lector, effigies, vitas & res geſtas XII. Primorum Cæſar. Rom. ipſorumq́; vxorum & Parentum, ſuccincte exhibemus. Sed obijciat forte mihi aliquis me nimis in vicijs eorum, earumq́; incontinentia enumeranda fuiſſe, quippe quod ſatius ſit, illa ſilentio tegi, quàm ſcriptis publicari: Cui reſpondeo primum, nihil hic noui, neq; de meo eſſe, meq́; nihil addidiſſe, præter quod illa quæ varij approbatiſ. & fide digni ſcriptores, in varijs libris memoriæ prodiderunt, à me, in vnum quaſi faſciculum collecta ſunt: Deinde candidum colorem ſplendidiorem nullo modo reddi poſſe, quàm addito colore aterrimo. Quo fine Lacedæmonij in feſtis & pompis nuptialib. (vt refert Plutarchus) Iuuentuti ſuæ temulentos & ebrios ante oculos poſuiſſe, leguntur, vt eos ab hoc abuſu & vini ingurgitatione nimia absterrerent: Quemadmodum & Gemonias Thebanus diſcipulos ſuos eruditurus, bonos iuxta & inertes Tibicines ipſis propoſuit, illos imitandos, hos auerſandos, præcipiens. Eò quod virtus iuxtà vitia ac dedecus collocata, tantò illuſtrior appareat, & eò facilius ab ipſis diſcernatur, vtq́; gratiora omnia forent, in margine ſemper loca authoris adi[illegible], vt ſi forſitan quiſpiam hiſtoriam prolixiorem, & ex ipſis fontibus optaret, in promptu eam haberet. Proprijs ſcriptorum verbis, quantum fieri potuit, etſi phraſes interdum coactæ videbuntur, vſi ſumus, ne verus ipſorum ſenſus mutaretur.

Imagines verò, ex antiquis numiſmatibus deſumptæ, ad viuum in ære (non abſq; ſumptu) inciſæ ſunt. Hiſce igitur te recrea, atq́; vt ea placeant opto: ne Corui prouerbio cogar dicere: Opera & impenſa perijt, vale.

CATA-

CATALOGVS AVTHORVM, QVORVM SCRIPTIS IN HOC OPVSCVLO VSVS SVM, QVI-que in eo allegantur.

Appianus Alexandrinus.
Aurelius Victor.
Alex. Alexandrinus.
Cicero.
Dio.
L. Florus.
Iuuenalis.
Macrobius.
Plinius.
Plutarchus.
Suetonius.
C. Tacitus.
T. Liuius.
Valerius Maximus.

Neoterici ſcriptores.

Adolphus Occo.
AEneas Vicus.
Iacobus de Strada.
Læuinus Torrentius.
Lipſius.
Lodou. Viues.

HISTO-

HISTORIA.
MARTIA, AVIA C. IVL. CÆSARIS, PRIMI ROMAN. IMPER.



MAR-



MARTIA, C. Iulij Cæsaris Dict. Auia, ex nobilissima & antiqua familia Marcia, ab Anco Marcio, IIII. Roman. Rege, orta. Id quod ipse C. Cæsar in laudatione amitæ suæ Iuliæ, quæ fuit filia istius Marciæ, testatur, dicens: *a* Amitæ meæ Iuliæ maternum genus à Regibus ortum, &c. nam ab Anco Marcio, sunt Marcij reges, quo nomine fuit *b* mater. *c* Ab ista familia nomen accepit aqua Martia, à Quinto Marcio Rege facta, non quod iste Quintus Marcius Rex fuerit, sed *d* Rex, gentis Martiæ cognomen est, cùm, vt dictum, à Regibus sint orti. Sed ad demonstrandum, quomodo hæc Martia originem ex hac stirpe sumpserit, aut quis ipsius fuerit maritus, authores mihi desunt. De duobus liberis (masculo & fœmella) quos habuit, satis constat. Masculus *e* Lucius Iulius Cæsar, pater C. Iulij Cæsaris Dictat: & fœmella *f* Iulia, uxor Caij Marij, fuit.

a C. Suet. in Iul. ca. 6.
b Scilicet hæc Martia.
c Plin. lib. 37. cap. 15.
d Lau. Tor. Comm. in Suet. c. 6.
e de quo pag. 5.
f de qua pag. 3.

IVLIA, AMITA C. IVLII CÆSAR.



Iulia



Vlia, filia prædictæ Martiæ, Lucij Cæsaris, patris C. Iulij Cæs. Dictatoris, soror, eiusq; Dictatoris Amita, uxor *a* Caij Marij septies consulis, qui Iugurtham captum ante currum egit. Teutones in Gallia, Cimbros in Italia vicit, deq; his triumphauit. Sexies consul per ordinem factus, Apuleium Saturnium Trib. plebis, & Glauciam prætorem seditiosos ex Senatusconsulto interemit. Appian. Alex. dicit, quod crudeliter corpora Senatorum & Prætorum, canibus & auibus tradiderit, & cum Sulpitiâ rogatione prouinciam Sullæ eriperet, armis ab eo victus, Minturnis in palude delituit. Inuentus & in carcerem conjectus, immissum *b* carnificem Gallum, vultus authoritate deterruit; & solus nauicula in Africam trajecit: ibi diu exulauit. Mox Cinnana dominatione reuocatus, septimo suo consulatu, voluntaria morte, ut ferunt, decessit. Vnicum ex Iulia habuit filium, *c* eiusdem C. Marij nominis, qui ætate 25. annorum, consulatum inuasit: quem honorem tam immaturum mater fleuit. Hic patri sæuitia similis, Præneſtæ à factionibus Syllæ necatus est. Sic Iulia triumphum & miseriam mariti, posteà infelicitatem & mortem filij, cum maxima ruina vrbis vidit. Moritur, nepote suo *d* C. Iulio Cæsare Quæstore, qui eam defunctam laudauit ex more pro rostris: & in amitæ quidem laudatione, de eius ac patris sui vtraque origine, sic retulit: Amitæ meæ Iuliæ maternum genus à regibus ortum, paternum cum Dijs immortalibus conjunctum est. Nam ab Anco *e* Martio sunt Martij Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Iulij, cuius gentis familia est nostra. *f* Et fuit corpus Iuliæ positum in tumulo familiæ Iulij, in campo Martio, juxta quod C. Cæsar. Dictatoris corpus arsum est.

a Plutarch. in vita Cæs. Aurel. Vict. de viris illustribus num. 67.

b App. Alex. de bello ciui. li. 1. pag. 24.


c Aur. Vict. Num. 68.

d C. Suet. in Iulio, cap. 6.

e quartus fuit Roman. rex.

f Suet. in Iul. cap. 84.

L. CAESAR, ET AVRELIA, PATER ET MATER, C. IVLII CÆS.



Lucius,

Vcius Cæsar, maritus Aureliæ, C. I. Cæsaris Dictatoris pater, prætor & consul, *a* An. V. C. 664. cum P. Rutilio Lupo, prætura populi Romani functus, filio agente annum decimum sextum. *b* Pisis dum matutino calciaretur (nullis euidentibus causis, nulloq; manifesto morbo) exanimatus est. *c* C. Iulius in ædilitate numero patris funebri, primus omni apparatu harenæ argenteo usus est, ferasq; argenteis vasis incessere tum primùm visum.

a Glare. Chronol. A. V. C. 664. & C. Suet. in Iul. cap. 1.
b Plin. lib. 7. cap. 53.
c Idem lib. 33. cap. 3.

Vrelia, C. Cottæ filia, Lucij Cæs. Prætoris & consulis uxor, Dictatoris perpet. *d* mater. Hæc Aurelia ex antiqua & honorata familia Aurelia fuit, quæ initio Auselia dicta est, & originem trahit *e* à Sabinis. Quantum ad vitam & virtutem suam, vixit pudicissimè, & absq; macula omne tempus vitæ: *f* ipsamet nutriuit, educauit, & instituit filium suum C. Cæsarem, eodem modo, quo illa in æternum laude digna, Cornelia, educauerat filios suos Grachos. A Plutarcho *g* Aurelia Cæsaris mater, honesta matrona dicitur. In summo honore suum filium Cæsarem vidit; nam defuncto Metello Pontifice Maximo, quod sacerdotium L. Isauricus & Catulus, clarissimi viri, & in Senatu principes, maximè petebant, Cæsar quoque ambijt. Comitiorum *h* die matrē, eum cum lachrymis ad fores prosequentem, cùm salutasset: Hodie (inquit) mater, filium tuum, aut Pontificem Maximum, aut exulem videbis. Tamen Sacerdotium obtinuit. *i* Moritur eodem temporis spatio, quo filius eius Cæsar bellum cum Gallis gessit.

d C. Suet. in Iul. cap. 74.
e Al. ab Alex. die. Geniali: li. 1. cap. 11.
f Lud. Viues, addit. in Suet. de ortu Cæs. & C. Taci. in dialo. Orato.
g Plutar. in vita Cæs. Numer. 7.
h Idem Plut. Num. 6.
i C. Suet. in Iul. cap. 26.

C. IVLIVS CAESAR, PRIMVS ROMANORVM IMPERATOR.

Adeptus est imperium, anno ante IESV CHRISTI nativitatem, 47.




Aius Iulius Cæsar, I. Rom. Imperator, Lucij Cæsaris Consf: ex Aurelia filius, natus est Romæ, *a* C. Mario & L. Valerio Flacco Coss. ad IIII. Idus *b* Quinctilcis, qui mensis post ab eo Iulius dictus. Educatus est apud Aureliam matrem, C. Cottæ filiam, & Iuliam amitam. Literas Latinas Græcasq; à M. Antonio Griphone Gallo, edoctus est. Sermo eius Latinus excultus est domestica consuetudine ab Aurelia matre, quæ purè ac eleganter Romanè loquebatur. *c* Annum agens XVI. patrē amisit. Stipendia primò in Asia fecit, deinde in Bithyniam missus; in expugnatione Mitylenarum corona ciuica donatus est. *d* Ad declinandam inuidiam in vrbe, & ut Apollonio Moloni clarissimo magistro tunc dicendi operam daret, Rhodum iuit. Tribunatu militum, per suffragia populi, honor obtigit. *e* Tum Quæstor creatus, vlteriorem Hispaniam sortitus est.

[Lud. Viues, addita, in Sueto. de ortu Cæs.] *a A.V.C. 654, ante natiuitat, Christi 98. an.* *b Plutar. in vita Num. Pompilij, & Macrob. Satur. libr. 1. capite 10.* *c C. Sue. in Iulio, cap. 1.* *d 5.* *e 6.* *7.*

Aedilis, præter comitium, ac forum basilicasq;, etiam Capitolium ornauit: spectacula gladiatorum, venationes et ludos, exhibuit. *10.*

Conciliato populi fauore, tentauit, vt prouincia Aegypti sibi daretur, sed non obtinuit: quare hac spe deposita, Pontificatum maximum exercuit, & Præturam meruit. *11.* *13. 14.*

Comitiali morbo laborauit. Delectabatur gestare *f* coronam lauream. Appetijt margaritas & gemmas. *g* Cum sæpè ad Nicomedem regem Bithyniæ commearet, impudicitiæ infamatus est. Nam cùm semel Pompeium Regem appellaret, Pompeius ipsum Reginam salutauit. *h* Pronus & sumptuosus fuit in libidines, corrupit plurimas et illustres fœminas: Posthumiam S. Sulpitij, Lolliam A. Gabinij, Tertullam M. Crassi, etiam Cn. Pompeij Muciam, sed ante alias dilexit M. Bruti matrem *i* Seruiliam, & filiam eius Tertiam: mercatus est Seruiliæ margaritam *k* sexagies sestertijs. De quibus Macrobius: Mater M. Bru-

f & Plin. li. 15. cap. 30. *g Suet. ca. 49.* *h 50.* *i Vxor Iunij Silani. Plutar. in Cato Vtic.* *k C. L. mille aurea.*

ti,

ti, Seruilia, cum pretiosum ære paruo fundum abstulisset à Cæsare, subijciente hastæ bona ciuium, non effugit dictum tale Ciceronis; Equidem quò meliùs emptum sciatis; comparauit Seruilia hunc fundum tertia deducta: filia autem Seruiliæ erat Iunia tertia, eademq; C. Crassi vxor: Lasciuiente dictatore tam in matrem, quàm in puellam.

Saturnal.lib.2. capite 2.

a Dilexit et reginas, inter quas Eunoën Mauram, Bogudis vxorem: sed maximè Cleopatram. *b* Auro abundauit, nam tria millia pondo auri furatus est è Capitolio. Societates & regna pretio dedit. *c* Omnibus oratoribus fuit anteponendus. *d* Conscripsit & libros.

a 52. b 54. & Plin. lib. 33. cap. 3. c 55. d 56.

Plinius in laudem Cæsaris, ait: Dictare & audire simul potuit Cæsar. Epistolas verò tantarum rerum quaternas pariter librarijs dictare: aut si nihil aliud ageret, septenas. Præter ciuiles victorias, vndecies C. & XCII. M. hominum occisa prælijs ab eo. Cæsari proprium fuit clementiæ insigne: magnanimitate omnes superauit. Captis apud Pharsaliam Pompeij Mag. scrinijs Epistolarum, iterumq; apud Thapsum *e* Scipionis, ea optima concremasse fide, atque non legisse dicitur.

Lib. 7. cap. 25.
e Dio Rom. hist. lib. 43. A. V. C. 707.
f 40. & Macrob. lib. 1. cap. 17. Satur. et Pl. li. 18. c. 25. et Dio Ro. hist. lib. 43.

f Annum ad cursum Solis accomodauit. *g* Per notas scripsit, vt nullus verbum intelligere posset. *h* Vtebatur equo insigni, pedibus anterioribus prope humanis, nec patientem sessoris alterius. *i* Natavit semel 200. passus, elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierent. Prætor *k* Lusitaniam, & post *l* Galliam ab Alpibus usque, & Oceanum bis classe transgressus, Britanniam subegit. Cum ei triumphus à Pompeio negaretur, armis eum, vrbe pulsum, *n* in Pharsalia Cæsar deuicit. Anno orbis 3914. A. V. C. 704. ant. Chr. 48.

g Dio Roman. hist. l. 40. in ipso initio, A. V. C. 700.
h 61. & Plinius li. 8. cap. 42.
i 64. & Xiphil. epit. è Dion. in Iulio.
k Val. Max. li. 7. cap. 6.
l cap. 24. 25.

o Capite eius allato, fleuit, & honorificè eum sepeliri fecit. *p* Hoc anno Cæsar Trib. pot. cum annua dictatura in perpetuum accepit. Et sic Romanor. Aristocratiæ imperium, in Monarchiam

m 35. Val. Max. lib. 5. cap. 1.
n Adolp. Occo, in numismat.

o Plut. in vita Cæs. num. 15, Dio Rom, hist. lib. 42. V. C, 707. *p Idem Occo.*

am redegit. Dio tamen, *a* Monarchiam Romanam inceptam ait, A. V.C. 725. cùm Augustus Antonium deuicit. *a Rom. hist. li. 52. in ipso initio.*

b Nomen autem Imperatoris, à Iulio, quemadmodum etiam Cęsaris, tanquam peculiare summi Imperij cognomentum, ad omnes deinceps Imperatores, dimanauit. Regis nomen semper recusauit. Nam cùm pro rostris *c* aurea in sella Cæsar semel consedisset, regia veste, aureaq; corona exornatus, Antonius Lupercalib. eum cum collegis sacerdotib. regem salutauit, diademaq; imponens: Hoc (inquit) populus tibi per me exhibet: Cęsar, responso dato; solum Iouem Rom. regem esse: missoq; in Capitolium diademate, nihil omninò succensuit. *b Dio Roman. hist. lib. 44.* *c & Plin. lib. 11. cap. 37.*

Iubam & Scipionem in Africa: Pompeios juuenes in Hispania, apud Mundam oppidum, ingenti prelio vicit. *d* Deinde, ignoscendo amicis, odia cum armis deposuit: *e* Lentulum tantùm & Afranium, & Faustum Sullę filium jussit occidi. Dictator in perpetuum factus est à Senatu. Vxores habuit quatuor, scilicet, Cossutiam, Corneliam, Pompeiam & Calphurniam, & ex Cornelia filiam Iuliam. Nullos habuit filios: etsi aliqui opinantur, Ptolemeũ Cleopatrę filium, cui cognomen *f* Cæsario erat, ex ipso fuisse procreatum. Octauianum in familiam nomenq; adoptauit. In curia à Cassio & Bruto, cædis auctoribus, tribus & viginti vulneribus occisus est: *g* Pridie quàm occideretur, in cœna apud M. Lepidum, talem mortem inopinatam in sermone prætulerat. *h* Dum intraret in curiam, libellus conspirationis ipsi datus fuit, quem quidem non legit, sed fuit inuent⁹ in sua manu post mortem. *i* Percussorum ferè, neque triennio quisquam ampliùs superuixit, neque sicca morte defunctus est. Cuius corpore pro rostris posito, juxta tumulum amitę suæ Iulię; Sol orbem suum celasse, dicitur. *k* Perijt anno ætatis LVI. Imperij verò, an. V. *l* atque in Deorum numerum relatus est. *d 72.* *e 75.* *f Plutarch. in vita Cæs. num. 15. in fine.* *g 87.* *h Appia. Alex. de B.C. lib. 2.* *i Plut. in Iulio.* *k 88.* *l & Plin. lib. 2. cap. 25.*

COSSVTIA, I.
SPONSA CAII IVLII CÆSARIS.



Cossutia,



Cossutia, prima vxor Caij Iulij Cæsaris, nondum Imperat. admodum diues erat, ex equestri familia: Iulius autem, annum XVI. agens *a* flamen Dialis destinatus, hanc Cossutiam dimisit. Illa verò Prætextato desponsata fuerat. *b* Cossutij, secundùm opinionem alicuius, sic à rugitate corporis, & certis vermibus, Cossi dicti, qui in ligno generantur, nominati sunt.

C. Suet. in Iul. cap. 1.


a Sacerdos Iouis.

b Æneas Vic. in vita Cossutij.

Inter vetera numismata Diui Iulij, quidam est nummus argenteus, in cuius auersa parte legitur nomen cuiusdam C. Cossutij, cognomento Meridiani, qui ex principalioribus inspectoribus monetæ fuit, & forsitan frater istius Cossutiæ, quod præsens nummus satis demonstrat. Effigiem istius Cossutiæ ex thesauro antiquitatum, Iacob. de Strada, sumpsi.



CORNELIA, II.
VXOR CAII IVLII CÆSARIS.



Cornelia,



Ornelia, *a* ſecunda vxor Caij Iulij Cæſaris, Lucij Cornelij Cinnæ, & Anniæ ipſius vxoris filia. Ipſe Cinna IIII. fuit conſ. & etiam *b* dictator, ſed à ſuis, cùm contra Sullam exercitum præpararet, etſi conſul, *c* lapidatus, et corp⁹ in partes diuiſum eſt. Vnum relinquens filium eiusdem L. *d* Cinnæ nominis iſtius Cornelij frater, qui cum Cæſare ciuili diſcordia Lepidum ſecutus, & ad Sertorium confugerat, cui Cæſar in ciuitatem reditum fecit. *e* Annia verò poſt mortem Cinnæ, Marcum Piſonem conſ. maritum habuit, à quo autem coacto à Dictatore Sulla repudiata fuit. Qui etiam Cajum Cæſarem, vt repudiaret Corneliam, *f* compellere voluit, ſed nullo modo potuit. Quare & Sacerdotio & vxoris dote, (*g* quod maximam cauſauit inimicitiam) à Sulla priuatus fuit. Cæſare ex Cornelia filia Iulia nata eſt, de qua ſequente folio.

C. Suet. in Iulio, capite 1.
a Plut. in Iulio hanc 1. vxorem dicit: tamen Pompeiam quã Cæ. poſt Corneliam duxit, dicit fuiſſe tertiã.
b Idem Plut.
c App. Alex. bel. ciu. l. 1. p. 31.
d Suet. cap. 5.
e Patercu.
f Suet. cap. 1.
g Plut. in Iul.

Poſt mortem Corneliæ, Cæſar tunc temporis *h* Quæſtor, *i* eam pro Roſtris ex more laudauit. Et ſcribit Plutarchus, *k* Cæſarem primum fuiſſe, qui vxorem ſuam, cum juniores laudari non eſſet receptum, mortuam oratione funebri decorauit: quo facto, animos multitudinis ſibi fauore obſtrinxit, vt tanquam manſuetum, placidiſſimisq; moribus, virum amarent.

h Theſaurarius.
i Suet. cap. 6.
k in vita Iulij num. 5.

IVLIA, FILIA CAII IVLII CÆSARIS.



Iulia,



Vlia, C. Iulij Cæſaris, ex Cornelia filia, nata ætate patris anno XVIII. An. Cn. Papirio, & C. Mario Coſs. ab vrbe condita 671. Repudiato Seruilio Cępione, priore marito, juſſu patris tunc Pontificis Maximi & conſulis, Q. Pompeio Mag. *a* collocata fuit. *b* Quem adeò dilexit, vt cum ædilitijs comitijs Q. Pompei Mag. conjugis ſui veſtem, cruore reſperſam, è campo ſcil. Martio, domum relatam vidiſſet, territa metu, ne quando vis ei eſſet illata, exanimis concidit, partumq; quem in vtero conceptum habebat, ſubita animi conſternatione, & graui dolore corporis ejicere coacta eſt; atque ità expirauit, magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento, cuius tranquillitas tot ciuilium bellorum truculentiſſimo furore perturbata non eſſet, ſi Cęſaris & Pompeij concordia communis ſanguinis vinculo conſtricta manſiſſet. *c* Plutarchus autem ſcribit, ipſam Iuliam tunc temporis non obijſſe, etſi deliquium animi paſsa eſt, ægreq; ad ſe redijt, isq; terror abortus ei cauſa fuit: Sed quod iterùm grauida facta, filiolam enixa è dolorib. partus expirauit, ac filiolę paucis poſt dieb. mors ſubſecuta eſt. Cum in Albano conjugē ſepelire Pomp. ſtatuiſſet, populus vi eum coëgit, in campum Martium fun⁹ ducere, magis adeò miſeratione Iulię, quàm in Pompeij, Cęſariſue gratiam: ſtatim enim à morte Iulię, ciuitas fluctuabat.

d Monumentum eius fulmine poſt ictum eſt.

C. Suet. in Iul. cap. 1.
a idem cap. 21.
b Val. Max. li. 4. cap. 6.
c In vita Pompeij, Num. 18. Dio Rom. hiſt. libro 39. in ipſo fine.
d C. Suet. in Octa. cap. 95.

POMPEIA

POMPEIA, III. VXOR CAII IVLII CÆSARIS.



Pompeia,



Ompeia, tertia vxor C. Iulij Cæsaris, post obitum Corneliæ, filia Q. Pompei Magni. Cæsar autem *a* ad retinendam Pompeij necessitudinem & voluntatem, hanc Pompeiam, filiam eius, in matrimonium sibi petijt, quæ Fausto Sullæ destinata erat, & Octauiam, sororis suæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat, ei detulit. *b* Cum ea Pompeia Cæsar deinde diuortium fecit, adulteratam opinatus à P. Clodio, patricio genere nato. *c* Is Pompeiam Cęsaris vxorem deperiebat; cui ne ipsi quidem voluntas deërat: sed & gynæceum accuratè custodiebatur, & Aurelia Cæsaris mater, honesta matrona, murum vbique comitans, congressui eorum obstabat. Sed in festo Deæ bonæ (vbi virum accedere, aut in ædibus esse nefas ducitur) Pompeia tum sacra administrante, Clodius imberbis adhuc, eoq; se latêre posse sperans, habitu Psaltriæ, specie mulieris juuenis, ad ædes venit: cumq; fores apertas offendisset, ab ancilla, rei conscia, tutò introducitur.

a C. Suet. in Iulio, cap. 27.

b Idem cap. 6.


c Plut. in Iul. num. 7.

Hæc dum ad Pompeiam accurrit, rei indicandæ causa, & mora fit, Clodius manere, vbi relictus erat, non sustinens, magna in domo hinc inde oberrat, lucem fugiens. In eum Aureliæ pedissequa incidit, & virum esse ex voce agnouit, quod ipsa subitò vociferatione ad turbam clamauit. Aurelia fores occludi jussit; Clodium inuenerunt, agnitusq; à mulieribus, domo eijcitur. Et posteà fama tam constans erat, *d* vt Senatus quæstionem de pollutis sacris decreuerit. *e* Tamen Cæsar in P. Clodium, huius Pompeiæ adulterum, atque eadem de causa pollutarum cæremoniarum reum, testis citatus, negauit se quicquam comperisse: quamuis & mater Aurelia, & soror Iulia, apud eosdem judices, omnia ex fide retulissent. Interrogatusq;, cur igitur repudiasset vxorem? Quoniam (inquit) meos tam suspitione, quàm crimine, judico carere oportere.

d Suet. cap. 6.

e capite 74.

CALPHVRNIA, IV. ET VLTIMA VXOR CAII IVLII CÆSARIS.



Calphur-



Alphurnia, quarta & vltima vxor C. Iulij Cæſaris, L. Piſonis filia, cui *a* conſulatum in ſequentem annum confecit, licèt Catone vociferante & teſtante, ferendos non eſſe, qui nuptijs principatum proſtituant, & mulierum cauſa prouincias copiasq; mutuò ſibi tradant.

C. Suet. in Iul. cap. 21.

a Plut. in Iul. Cæſ. num. 7.

b Familia Calphurnij à regibus orta fuit, à Calpo, Numæ Pompilij II. regis Romanorum filio. Appianus Alex. *c* non rectè ſenſit, hanc Calphurniam à Clodio adulteratam fuiſſe; cum id cum Pompeia, vt præcedente folio dictum, & non cum Calphurnia, omnes authores conſentiant factum fuiſſe. *d* Iſta Calphurnia imaginata eſt, ea nocte, cui illuxit dies cædis Cæſaris, collabi faſtigium domus, maritumq; in gremio ſuo confodi. Plutar. *e* ait: More deinde ſuo cum vxore dormiens, omnibus januis & valuis feneſtrarum conclauis ſubitò apertis, ſtrepitu ſimul & luce perterritus, Luna ſplendente, vidit Calphurniam vxorem grauiter dormire, & voces obſcuras, gemituſq; inarticulatos edere per ſomnum. Ea enim imaginabatur per quietẽ, ſe mariti trucidati corpus in vlnis tenere atque deplorare.

b idem in vita Num. Pompilij num. 27.

c de bel. ci. l. 2.

d Suet. in Iul. cap. 8.

e in Iul. Cæſ. num. 17.

Poſt cædem Cæſaris, omnes ejus amici in domo Antonij refugium habuerunt, etiam & Calphurnia, afferens ſecum IIII. millia talent. argenti, & libros chartaſq; Cæſaris, quibus Antonius poſtea abuſus eſt.

Plut. in vit. Iul. num. 4. in Gallica editione, nam non habetur in Latina.

FINIS IVLII.

C. OCTAVIVS, ET ACTIA, PATER ET MATER OCTAVIANI AVgusti, II. Rom. Imperatoris.



CAIVS

Aius Octauius, Octauiani Cæsaris Augusti pater, ex antiqua gente Octauiorum, quam olim præcipuã Velitris fuisse, multa declarant. Nam & vicus celeberrima parte oppidi jampridem Octauius vocabatur: & ostendebatur ara, Octauio consecrata. C.Sue.in Octa. cap.1.

Ea gens à Tarquinio Prisco rege, inter minores gentes (scilicet Patriciorum) allecta, in Senatum mox à Ser. Tullio in patricias transducta, procedente tempore, ad plebem se contulit, ac rursus magna vi per D. Iulium in Patriciatum redijt. Primus ex hac magistratum populi suffragio cepit C. Rufus. Is Quæstorius Cneum & Cajum procreauit: à quibus duplex Octauiorum familia, conditione diuersa. Siquidem Cn. & deinceps ab eo descendentes, functi sunt honoribus summis. At Cajus eiusq; posteri, seu fortuna seu voluntate, in equestri ordine constitêre, usque ad hunc Octauium. Auus eius, secundo Punico bello, stipendia in Sicilia Tribunus militum fecit, Aemilio Pappo Imperatore. Pater autem municipalibus magisterijs contentus, abundante patrimonio, tranquillissimè senuit. Idem cap.2. Gens Octauia è Veliterna Romã traducitur. Lau.Tor.Comment. in Suet. cap. 2.

a Is Octauius, re & æstimatione magnus fuit. Ex prætura Macedoniam sortitus, fugitiuos residuam Spartaci & Catilinæ manum, Turinum agrum tenentes, in itinere deleuit, negotio in Senatu sibi extra ordinem dato. Prouinciæ præfuit, non minore justitia, quàm fortitudine. b Eo tempore, quòd Metellus in Creta esset, Octauius eò, ad accipiendas in fidem populi Romani vrbes, missus fuit. c Decedens Macedonia priùs, quàm confiteri se candidatum consulatus posset, morte obijt repentina superstitib. liberis, Octauia majore, quam ex Aucharia, & Octauia minore, Item, Octauiano Augusto Cæs. quos ex Actia tulerat. d Somniauit, ex vtero Actiæ vxoris suæ jubar Solis exortum. e Obijt Nolæ, in eadem domo & cubiculo, vbi postea filius eius Octauianus Cæsar Augustus vitam finiuit.

a Suet.cap.3. b Dio Rom.hi. lib.36. in ipso initio. A.V.C. 686. c idem cap.4. d Sue.in Octa. cap.94. e Cor.Tacit. Ann.lib.1.ca.3.

a Plin. lib. 36. cap. 5.

a D. Auguſtus ex opere Lyſiæ Statuarij, in palatio ſuper arcum honori Octauij patris ſui dicauit in ædicula columnis adornata, id eſt, quadriga curruſq; , & Apollo & Diana ex vno lapide.

C. Sue. in Octa. cap. 4.
b in Com. Sue. probat ex Virg. lib. 5.



Ctia (vel vt vult Læuin. Torrent. *b* Atia) Mater Octauiani Auguſti Cæſaris, C. Octauij vxor II. M. Actij Balbi, & Iuliæ ſororis Cæſaris, filia. Balbus paterna ſtirpe Aricinus, multis in familia Senatoriis imaginibus, à matre Pompeium Magnum, arctiſſimo contingebat gradu, functuſq; honore Præturæ, inter XX·viros agrum Campanum plebi Iulia lege diuiſit. Verùm M. Antonius deſpiciens maternam Auguſti originem, Proauum eius Afrum genere fuiſſe, & modò vnguentariam tabernam, modò piſtrinum Ariciæ exercuiſſe, objecit.

c al. finxit.
d collybus eſt, quod pro pecunia permutatione argentario ſoluitur. Læuin. Torr. Comm.
e idem quod Argentarius.
f in tert. Philip.
g Suet. ca. 94.

Caſſius quidem Parmenſis quadam epiſtola, non tantùm vt piſtoris, ſed etiam vt nummularij nepotem, ſic taxat Auguſtum: Materna tibi farina, ſiquidem ex crudiſſimo Ariciæ piſtrino hanc *c* pinſit manibus *d* collybo decoloratis Nerulonenſis *e* Menſarius. Sed Cicero *f* arguens M. Antonium, quòd Octauiano per contumeliam objecerit, matrem ejus Aricianam fuiſſe, cum hoc oppidum propter antiquitatem nobile fuerit, & locus honoratus; in laudem Balbi & Actiæ ſic ſcribit: Hujuſce ſanctiſſimę fœminæ, atque optimus pater, Mar. Accius Balbus inprimis honeſtus prætorius fuit.

g In Aſclepiadis Mendetis libris lego, Actiam, cùm ad ſolenne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet, poſita in templo lectica, dum cæteræ matronæ dormirent, obdormiſſe, Draconemq; repentè irrepſiſſe ad eam, pauloq; poſt egreſſum, illam expergefactam, quaſi à concubitu mariti purificaſſe ſe, & ſtatim in corpore ejus extitiſſe maculam, velut depicti Draconis, nec


potuiſſe

potuisse vnquam eximi, adeò, vt mox publicis Balneis perpetuò abstinuerit. Eadem Actia, priusquam pareret, somniauit, intestina sua ferri ad sydera, explicariq; per omnem terrarum & cœli ambitum. *a* Ipsa postea M. Philippi vxor fuit, ex quo habuit filium *b* L. Philippum, qui cum Augusto educatus, & postea à Caligula Cæsare, occisus est. Appianus Alex. *c* narrat, ipsam Actiã, & M. Philippum ejus vitricum, post mortem Iulij Cæsaris, Octauiano in Appoloniam scripsisse, ne curaret hæreditatem sibi à Iulio relictam, sed vt potiùs vitam priuatam, vt tutiorem ageret: reducens ei in memoriam mortem I. Cæsaris, qui, postquam suos superauit inimicos, ab amicis necatus. Obijt Actia, *d* primo consulatu filij sui Augusti.

a Suet. cap. 8.
b Dio Roman. hist. lib. 45.
c de bel. civil, lib. 3.
d Suet. cap. 61.

OCTA-

OCTAVIA, ET EIVS MARITVS: OCTAVIANI AVGVSTI, II. IMPERATORIS, SOROR.



Octauia,



Ctauia, C. Octauij ex priore vxore Aucharia, non autem ex Actia, filia, D. Augusti soror, Auia Claudij Cæsaris, Proauia Neronis Cæsaris, duos habuit viros: C. Marcellum, *a* cum quo nupta, à Cæsare Pompeio Mag. delata fuit. *b* Marcellus autem, *c* M. Marcelli filius fuit, qui cum Hannibale bellum gessit: *d* ex quo concepit *e* Marcellum, cui prima vxor Pompeia Sexti, secunda *f* Iulia filia Augusti fuit, ex quibus prolem non suscepit.

C. Suet. in vita Octau. cap. 4. & Plut. in Ant. num. 19.
a Suet. cap. 27.
b idem in August. cap. 63.
c Plutarch. in Marcello.
d Suet. in Oct. cap. 63.
e Plin. l. 37. c. 1.
f idem Sue. 63.

Secundus maritus *g* Octauiæ fuit, M. Antonius III vir, qui cum Cæsare Augusto XII. annos imperium habuit: cùm autem inter Augustum & Antonium, tunc temporis in Aegypto cum Cleopatra luxuriantem, Fuluię vxoris Antonij causa, maxima discordia orta esset, mortua Fuluia, pacem inierunt, & imperia diuiserunt. Hæc tum benè instituta, arctius fidei vinculum (vt narrat *h* Plutarchus) requirere viderentur, id fortuitò est oblatum.

g Dio hist. Roman. lib. 48.
h in vita Antonij, num. 19.

Sororem Octauiam natu majorem habebat Augustus, diuersa tamen matre (ipse Actiæ filius fuit, cùm antè ex Aucharia pater Octauiam sustulisset) editam, præstantissimam, vti memorant, mulierem, ideoq; sibi longè charissimam.

Ea cùm C. Marcello nuper defuncto vidua esset, sed & Antonius viduus videretur morte Fuluiæ factus, post utriusq; consensum, nuptias contraxerunt: Senatusq; consulto permissum Octauiæ, vt ante decimum mensem à morte mariti prioris, rursum nuberet.

Antonius ex Italia abijt, Octauia vxore, ex qua ei *i* filiola jam erat nata, secum vsque ad Græciam ducta. *k* Cum autem Antonius postea aduersus Cæsarē incitatus esset, vt cum CCC. nauibus Italiam peteret: Octauia, quæ vnà ex Græcia nauigabat, grauida tunc, cum alteram jam ei *l* filiolam peperisset, obuiam Cæsari facta, pacem iterum fecit.

i Antonia maior, de qua pag. 28.
k idem Plutar. num. 22.
l Antoniam minor. de qua pag. 47.

E Antonius

Antonius, Cęſari Octauiæ & liberis ſuis, quos ex ea & Fuluia habebat, commiſsis, in Aſiam trajecit, vbi Cleopatram adduci juſſit: ex qua gemellos ſuſtulit, cognomentis Solis & Lunæ; quod maximè auxit inuidiam. *a* Cùm autem Cæſar, ob hanc contumeliam, & ob teſtamentum Antonij offenſus, per quod (ut referebat *b* Titius & Planc[9]) Octauiam repudiauit, ſororem ſeorſim Antonij domo habitare juſſit. Illa verò, mariti domo ſe non exceſſuram, reſpondens, fratrem orabat, vt ſi nullam aliam belli haberet cauſam, quàm in ipſam iniurias, miſſas illas faceret. Et ſic in domo Antonij habitauit, & liberos eius, non ex ipſa modò, ſed etiam ex Fuluia natos, honeſtè & magnificè curauit. Antonius autem Romam miſit, qui Octauiam domo ſua ejicerent: quæ cum omnibus Antonij liberis plorans, & fortunam ſuam incuſans, excedebat, quod ipſa etiam in cauſis eius belli numerata eſſet. *c* Romani autem non Octauiam, ſed Antonium miſerabantur, præſertim qui Cleopatram vidiſſent, neque pulchritudine, neq; ætatis cauſa illi præferendam: & hæc etiam finaliter & Antonij & Cleopatræ ruina fuit, cùm & vnus & alter ſemetipſos interfecerunt.

a *Plut. nu. 28.*

b *Dio Ro. hiſt. lib. 50.*

c *Plut. in fine num. 28.*

d Octauianus in honorem ſororis ſuæ, templum, porticos & forum ædificauit. Et vt refert Dion, *e* Octauiæ & Liuiæ ſtatuas dedit, vtq; ſine tutore ſuis ipſarum facultatibus vterentur, ſacroſanctæq; eodē jure quo Tribuni plebis eſſent. *f* Obijt Octauia A. V. C. 743. & in ſacrario Iulio funus publicè expoſuit Cæſar, (*g* ætatis annum agens 54.) cortinaq;, vt antè, extenſa pro corpore, funebrem orationem habuit, & Druſus (qui eius filiam Antoniam minorem in vxorem habebat) pro roſtris, videlicet in publico luctu, ſenatoriam veſtem lugubri permutauit: tum funus eius generi extulerunt.

d *Pli. l. 36. c. 5. Sue. in Octau. cap. 29.*

e *Ro. hiſt. l. 49.*

f *idem lib. 54. in ipſo fine.*


g *Suet. in Aug. cap. 61.*

NOTA. De eloquentia huius Antonij, vide Val. Max lib. 8. cap. 9.

L. DOMI-

L. DOMITIVS, ET ANTONIA MAIOR, M. ANTONII ET OCTAVIÆ

filia: auus & auia paternus, Neronis, Imperatoris.





C.Suet. in Neron. cap. 4.

. Domitius Ahenobarbus, quem emptorem familiæ pecuniæque, in teſtamento Auguſti fuiſſe, mox vulgò notatum eſt: non minùs aurigandi arte in adoleſcentia clarus, quam deinde ornamentis triumphalibus ex Germanico bello. Verùm arrogans, profuſus, immitis: CENS. L. Plancum via ſibi decedere Aedilibus coëgit: Præturę, conſulatusq́; honore equites R. matronasq́; ad agendum mimum produxit in ſcenam; venationesq́; & in Circo, & in omnibus vrbis regionibus dedit. Munus etiam gladiatorium: ſed tanta ſæuitia, vt neceſſe fuerit Auguſto, clam fruſtrà monitum, edicto coërcere. Cum Siciliam propr. regeret, & ad eum aper eximiæ magnitudinis, allatus eſſet, adduci ad ſe paſtorem, cuius manu occiſus erat, juſſit. Interrogatumq́; quo telo eam beſtiam confeciſſet, poſtquam comperit vſum venabulo, cruci ſuffixit: quia ipſe ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia vaſtabatur, ne quis telum haberet, edixerat. Ex Antonia majore *a* patrem *b* Neronis procreauit, omni parte vitæ deteſtabilem.

Val. Max. lib. 6. cap. 3.

a Suet. cap. 5.
b de quo pa. 45.



C.Suet. in Neron. cap. 3. & 5. & Plut. in vita Anton.ij.

Ntonia, dicta major, ob cauſam, quod prima natu erat, ſoror Antoniæ minoris (de qua poſteà) M. Antonij IIIviri & Octauiæ, ſororis Auguſti filia. Auia Neronis Imperatoris. Vxor L. Domitij Ahenobarbi, cui peperit duas filias, Lepidam, Domitiam, & Cn. Domitium patrem Neronis Imp. *c* Lepida, Galbæ Imp. Domitia, *d* Paſienis Criſpi, II. conſ. qui à Nerone veneno extinctus eſt, vxor fuit. De Antonia minore iſtius ſorore, vide pag. 47.

c de qua infra.
d Plin. lib. 16. cap. 44.

DIVVS

DIVVS OCTAVIANVS AVGVSTVS, II. ROMANOR. IMP.

Adeptus est imperium, anno Orbis, 3920. V. C. 710. ante CHRISTI nativitatem, 42.



C. Sue. in Octa. capite 4.

Ctauianus, postea Cæsar, deinde Diuus Augustus dictus: C. Octauij senatoris, ex Actia filius. *a* Pa-
a ca. 8. trem amisit quartum annum agens. *b* Bella ciui-
b 9. lia gessit quinque, vt necem Iulij Cæsaris majoris sui auunculi vindicaret. Brutum & Cassium cæ-
c 16. dis auctores in Macedonia vicit. *c* Sextum Pompeium, Cn. Pompei F. bona paterna repetentem, in freto Siculo superauit.
d 17. *d* M. Antonium consulem, Syriam obtinentem, amore Cleo-
e 21. patræ deuinctum, in Actiaco Ambratiæ littore debellauit. *e* Reliquam orbis partem per legatos domuit. Indi, Scythæ, Sarmatæ, Daci, illi dona miserunt. Dictator in perpetuũ à Senatu factus
f 68. est. *f* Iuuenta Augusti infamiam subijt, effœminatus fuisse dici-
g 59. tur, & adoptionem Auunculi stupro meritam accepisse. *g* Adulteria quidem exercuit. Postea quoque, vt ferunt, ad vitiandas virgines promptior, quæ sibi etiam ab vxore conquireren-
h 71. tur. *h* Aleæ rumorem nullo modo expauit. *i* Cibi minimi e-
i 76. rat, atque vulgaris ferè. *k* Parcissimus erat vini. *l* Septem horas
k 77.
l 78. dormiebat cum plurimùm. *m* Periculosas valetudines per o-
m 81. mnem vitam expertus est, calculoq; laborauit. *n* Pila follicu-
n 83. loq; se exercuit. Animi laxandi causa modò piscabatur hamo: modò talis, aut oscillatis nucibus ludebat, cum pueris minutis.
o 85. *o* Scripsit & libros. Tonitrua & fulgura paulò infirmiùs expaue-
p 94. scebat. *p* Percussit nummos argenteos, nota syderis capricorni, quo natus est. Nepotes ipsemet instruxit. Obijt ætatis anno 76. Tiberium adoptauit & hæredem reliquit. Huc vsq; Sueton.

q Adolph. Occo, in numism. *q* Christus Saluator noster, *r* anno eius imperij XLII. nasci-
r Anno mundi 3962. A. V. C. 752. tur. Oracula omnia hoc tempore desijsse, à veteribus obseruatum est. *s* Ipse Augustus ad Oraculum Pythij Apollinis Delphis
s Niceph. li. 1. cap. 17. venit, & bis sacrificio oblato, quæsiuit, quisnam post eum imperaturus esset, sed nullum habuit responsum: tum Augustus rogauit, quid ità Oraculum, plurib. verbis vti solitũ, nunc tandem obticuisset? tum illud:

Me

Me puer Hebræus, Diuos Deus ipſe gubernans,
Cedere ſede jubet, triſtemq́; redire ſub Orcum.
Aris ergò dehinc tacitus diſcedito noſtris.

Tali reſponſo accepto Cæſar, Romam eſt reuerſus, atque ibi in Capitolio aram maximam extruxit, cum eiuſmodi inſcriptione:

ARA PRIMOGENITI DEI.

Auguſtus, inſtante natalis Chriſti tempore, omnibus ſuis conſulatibus finem impoſuit, & ab honore illo deinceps prorſus abſtinuit. *a* Nomen DOMINI ipſi inuiſum fuit, & prohibuit, ne quis eum hoc nomine compellaret.

Dio Rom. hiſt. lib.53. in initio. a & lib.55. A. V.C. 748.

b Sextilis menſis ab ipſo Auguſtum nomen accepit. *c* Iani Gemini portas ter clauſit, quod more Romano, quieſcentibus bellis accidebat. Cumq́; eſſet luxuriæ ſeruiens (erat tamen eiuſdem vitij ſeueriſſimus vltor) Poëtam Ouidium Naſonem exilio damnauit, eò quod tres libellos amatoriæ artis conſcripſit. Annum 77. ingreſſus, Nolæ, *d* in eadem domo & cubiculo, vbi pater ipſius antea obijt, eadem die, qua natus eſt, morbo interijt. Quanquam alij ſcribant, dolo Liuiæ extinctum. Senatus præter id, quod antea Patrē Patriæ dixerat, templa ei conſecrauit. Imperauit annos 56. XII. cum Antonio, & XLIIII. ſolus.

b Dio lib.55. & Macrob. Satur. lib.1. ca.11.

c S. Aur. Vict. in vita Octau.

d C. Taci. li.1. cap.3. Ann.

SERVILIA,

SERVILIA, I.
SPONSA OCTAVIANI AVGVSTI, II. IMP.



Seruilia,



SEruilia, P. Seruilij Isaurici II. consulis (*a* qui consulatum cum Fuluia, quæ locum L. Antonij tenebat, gessit) filia, sponsa Octauiani Augusti, cùm esset adhuc adolescens: sed ipse Octauianus, reconciliatus post primam discordiam Antonio, expostulantibus vtriusq; militibus, vt ex necessitudine aliqua jungerentur, priuignam Antonij *b* Claudiam vxorem duxit, & hanc Seruiliam dimisit. *c* Patrem Isaurici nomen obtinuisse fertur, à quadam ciuitate in Pamphilia, ab eo capta.

C. Sue. in Octa. cap. 62. & Dio Ro. hist. l. 48. in ipso init.
a Dio Ro. hist. li. 48. in ipso initio. & A. V. C. 713.
b de qua pa. 35.
c Æneas Vicus in vita Seruil.

F CLAVDIA,

CLAVDIA, II. SPONSA OCTAVIA- NI AVGVSTI, II. IMP.



Claudia,



Laudia, ſecunda vxor Octauiani Auguſti, Fuluiæ ex P. Clod. Trib. plebis filia, M. Antonij III·viri priuigna. Auguſtus reconciliatus poſt primam diſcordiam cum M. Antonio, hanc Claudiam, vix dum nubilem, expoſtulantibus vtriuſq; militibus, vt ex neceſſitudine aliqua jungerentur, in vxorem duxit. Sed ſimultate cum Fuluia ſocru exorta, intactam adhuc & virginem dimiſit. *a* Auguſtus Sacramento contendebat, hanc adhuc virginem eſſe, cum diuortium fecit; nihil curans, fidésne ſibi non haberetur, tanto eum hanc tempore ſecum illibatam habuiſſe: an verò exiſtimaretur, hoc diu antè ſecum ità ſtatuiſſe, cùm ſe ad futura præpararet. Secundo hoc repudio nihil inter eos amicè actum eſt.

C. Sue. in Octa. capite 62. & Dio Ro. hiſt. l. 46. in ipſo fine.

a Idem lib. 48. in ipſo initio.

P. Clodius pater iſtius Claudiæ fuit, qui cum *b* Pompeia Iulij Cæſ. vxore adulteratus eſt: *c* homo petulans, omniſq; ſuperbiæ & ferociæ plenus fuit, frater Clodiæ vxoris Luculli, cum qua & inceſtam conſuetudinem (vt erat impudiciſſima) habere ferebatur: etiam cum *d* Terentia vxore Martij Regis, & cum Quadrante vxore Metelli Celeris, ſuis ſororibus; à *e* Milone obtruncatus fuit. *f* Mater autem Claudiæ, Fuluia, tres habuit maritos, P. Clodium, patrem iſtius Claudiæ: Curionem, qui in Africa perijt: & Antonium III·virum. Appianus *g* eam matronam inhoneſtam nominat. Conjurationem Catilinæ publicauit. *h* Bellum inter L. Antonium conſulem, & Auguſtum mouit. *i* Etſi quidem Auguſtus cum ipſis pacem componere vellet, tamen his animus auctus euentis erat: Fuluia autem Præneſte occupata, ac ad ſuam ſocietatẽ pertracta, Senatores & equites, à ſua parte ſtantes habebat, cum ijs de omnibus negotijs conſilia inibat: identidemq; edicta, vt ex vſu videbatur, proponebat. Id quidẽ mirandũ adeò non eſt, cum gladio etiã ſe accinxerit ipſa, teſſeram militibus dederit, ſæpenumero concionem apud eos habuerit. *k* Finaliter quaſi deſperata mortua eſt.

b de qua pa. 17.

c Plut. in vita Luculli, numer. 10. in initio.

d Cic. in orat. pro Milone.

e Plut. in Cice. num. 29. & Plin. lib. 36. cap. 15.

f Lauin. Torr. com. in Suet. in Octau. cap. 62.

g de ciui. bello, li. 2. in ipſo init.

h idem lib. 5.

i Dio Ro. hiſt. lib. 48. A.V.C. 713.

k App. Alex. de bell. ciuil. lib. 5.

SCRIBONIA, III. VXOR OCTAVIANI AVGVSTI, II. IMP.



Scribonia,


Cribonia, III. vxor Octauiani Augusti, post diuortium Claudiæ, fuit filia Libonis Scribonij, & *a* L. Libonij Scribonij Coss. Sexti Pompei soceri soror; hanc Augustus in vxorem duxit, vt ea affinitate Pompeium sibi adiungeret.

C. Sue. in Octa. cap. 62.
a Dio hist. Roman. lib. 48.
A. V. C. 714.

b Puteal, quod erat sedes Prætoris, ab ipso L. Libone Scribonio, Libonis dictum est, qui prope arcum Fabianum tribunal & subsellia collocauit. Hæc Scribonia ante duobus consularibus nupta, & mater ex altero erat; ex ea filiam *c* Iuliam Augustus tulit. *d* Quæ Iulia, ex M. Vipsanio Agrippa, quinque proles habuit, Cajum, Lucium & Agrippam, qui & Posthumus dictus (ad quos jure hæreditas Augusti pertinebat) Iuliam & Agrippinam. *e* Sed Cajus & Lucius juuenes interierunt. Agrippam Augustus, etsi eum adoptauerat, ex calumnia, *f* relegauit in Insulam Planasiæ, ubi post mortem Augusti, jussu Liuiæ, vt eius filius Tiberius in imperio succederet, necatur.

b Phil. Beroal. Comm. in Sue. in Octau.
c de qua pa. 64.
d Suet. cap. 64.
e idem cap. 65.
f C. Tac. An. lib. 1. cap. 1.

Plutarchus *g* eleganter narrat, Augustum conquestum fuisse cuidam amico, de solitudine domus suæ: quam historiam dignam putaui, quę hîc referretur.

g in Moralib. articulo 13.

Fuluius (ait) Cæsaris Augusti amicus, cum jam senem eum sæpiùs querentem audiret de solitudine suæ domus, quodq; duobus nepotibus fato functis, Posthumo, qui solus reliquus, ex calumnia nescio qua, exulante, cogeretur vxoris suæ filium, scilicet Tiberium, ad successionem imperij vocare: quanquam miserans & consilium captans, reuocandi ab exilio nepotis; cùm, inquam, hæc audiret Fuluius, enunciauit *h* vxori suæ, illa Liuiæ. Liuia autem acerbè cum Cæsare egit; cur, quoniam jampridem id decreuisset, non accerseret nepotem, sed se odio inuidiaq; successoris objiceret?.

h Martia.

Venientem igitur, de more, manè Fuluium, & solitum illud dicentem, AVE; Cæsar resalutauit, VALE, inquit, Fului:

Atque ille id intelligens, domum se illicò subduxit, & vocata vxore: Resciuit, inquit, Cæsar me non siluisse arcana, ideo mori mihi decretum est. Vxor autem, Iure, ait, quoniam tam diu mecum habitans, non noueris intemperantiam meæ linguæ; sed præcedam ego: & acccepto gladio, seipsam, viro coràm, interemit.

a Lipsius in Comment. Tacit. in Stem. dom. August.
b de qua p. 64.
c de qua p. 67.
d Sue. in Octa. cap. 62. & 69.
e lib. 48. A. V. C. 715. idem lib. 55. A. V. C. 748.

a Cæsar Augustus & ista Scribonia, Proauij Cæs. Caligulæ fuerunt, nam filia ipsorum *b* Iulia, filiam *c* Agrippinam habuit, quæ fuit mater Caligulæ. *d* Scribonia postea ab Augusto repudiata fuit, pertæso morum eius peruersitatem, & quia liberiùs doluisset nimiam potentiam pellicis: vel, vt Dio *e* ait, cum Liuiam amare ceperat, ideo Scriboniam, cùm filiolam sibi pepe-risset, eadem die repudiauerat. Postea eam cum sua filia in exilium misit.

IVLIA,

IVLIA, IMPER. AVGVSTI ET SCRI-BONIÆ FILIA.



IVLIA, M. AGRIPPÆ ET IVLIÆ FILIA, AVGVSTI IMP. NEPTIS.



Iulia,



Vlia, M. Agrippæ & Iuliæ, D. Augusti filiæ, filia, sub eadem custodia & seueritate vitæ, non minùs quàm mater eius Iulia, ab auo suo Augusto educata est: qui eam L. Paulo, Censoris filio in matrimonium collocauit, ex quo coniugio *a* Aemylius Lepidus natus est, cui *b* Drusilla vxor: & *c* Aemylia Lepida, sponsa Claudij. *d* Cùm autem hæc Iulia vitam matris eius Iuliæ imitaretur, ab Augusto in Insulam Trimero relegata fuit, vbi per XX. annos, cura Liuiæ Augustæ, sustentabatur: & infantem ex ista sua nepte Iulia, post damnationem editum, Augustus agnosci alique vetuit.

C. Sue. in Octa. cap. 64.
a Lips. in stem. August. domus.
b de qua p. 76.
c de qua p. 98. Lau. Tor. Com. in Suet. ut supr.
d Suet. in Oct. cap. 65.

e Plinius scribit, ipsam minimum hominem de duobus pedibus & palmo, Conopam nomine, in delitijs habuisse.

e lib 7. cap. 16.


f Augustus ad omnem, & eius & Iuliarum mentionem ingemiscens, proclamare solebat, nec aliter eas appellare, quàm tres vomicas, aut tria carcinomata sua.

f Sue. vt supra.

DIVA LIVIA, IV. & VLTIMA VXOR OCTAVIANI AVGVSTI, II. IMP.



Liuia,



Liuia Drusilla, quarta & vltima vxor Octauiani Augusti, post diuortium Scriboniæ, fuit filia Liuij Drusi, Calidiani, qui post necem Iulij Cæsaris, secutus est Brutum & Cassium; cùmque ipsi ab Octauiano subjugarentur, metuens incidere in manus inimici, seipsum interemit. *a* Antè nupta fuit Tiberio Claudio Neroni, præsidij in Campaniæ quodam oppido, Præfecto, qui cùm Cæsaris res obtinerent, inter eos qui ex Italia tunc ad Antoniũ profecti sunt, cũ vxore sua Liuia Drusil. & filio Tiberio Claudio Nero. eodẽ abijt. Sed postea temporis, res quàm maximè admirabilis, ac præter omnium opinionem euenit, vt Liuia, quæ tum Cæsarem fugiebat, ei nuberet, atq; is Tiberius, qui cum parentibus tunc suis solum vertebat, Imperator post Cæsarem fieret. *G. Sue. in Octa. capit. 62. & Dio Ro. hist. lib. 48. A.V.C. 716.* *a idem Dio li. 48. A.V.C. 714.*

b Ex hac Liuia, duos habuit Tiberius filios, Tiberium, postea Cæsarem, & *c* Drusum X. Neronem, Germanicum cognominatum. *b Suet. in Tib. capite 4.* *c de quo p. 49.*

Cùmq; Liuia ex eo Tiberio Claudio iterùm esset grauida, cum consensu mariti ab Augusto abducta, & in matrimonium accepta fuit, *d* dilexitq; & probauit vnicè ac perseueranter. Nihil liberorum ex ea tulit, cùm maximè peteret. Infans qui conceptus erat, immaturus est editus. Vel vt Dion *e* vult: cùm Liuia, conjunx verò Neronis Claudij, sextum jam mensem ex eo grauida iterùm ferebat: Cæsar eam duxit. Ambigenti autem Cæsari, ac sciscitanti à Pontificibus, fásne esset sibi, eam prægnantem ducere; responsum est: si quidem ex quo mulier concepisset, dubitaretur, opus esse vt nuptiæ differrentur; quia verò de ea constaret, nil impedire, quin statim fierent. Id quidem, vt in jure à majoribus tradito inuenerint, fortassis fieri potuit; sed profectò sic responsuri fuêre, vt maximè non ità inuenissent. *d idem Sue. ca. 62. & 63.* *e Ro. hist. l. 48. A.V.C. 716.*

Elocabat autem Liuiam ipſe maritus, patris loco. In conuiuio fortè puell⁹ quidam, cum diuerſo loco Liuiam cum Cæſare, diuerſo autem Neronem cum alio quodam, accumbentem videret, accedens: Quid hîc (inquit) agis Domina? Maritus tuus (monſtrabat Neronem) iſthic accumbit. Liuia cum Cæſare agens, Claudium Druſum Neronem peperit, eumq́; Cæſar tollens, patri ſuo miſit, ac idipſum in ſua commentaria ſic inſcripſit: Cæſar filiolum, quem ſua conjux Liuia peperit, *a* Neroni patri reddidit. Qui Nero paulò poſt moriens, Cæſarem tutorem huic ſuo filio & Tiberio reliquit.

a de quo p. 47.

Liuiæ ſtatuæ erectæ, ad templum dedicatum fuerunt. Auguſto conſuluit, quomodo regnans ab inſidijs tutior eſſet. Interrogata ſemel, quanam ratione Auguſtum ità in ſuam poteſtatem redegiſſet, reſpondit: Exquiſita pudicitia, omnia eius mandata libenter exequendo; nullas eius res ſcrutando, luſus eius Venereos neque perſequendo, ſed diſſimulando.

Dio Ro. hiſt. li. 58. in ipſo initio.

b Cùm ipſa Liuia è palatio exiret, magna & grauium & doctorum virorum multitudò eam comitabatur.

b Macrob. Saturn. lib. 2.

Dum moreretur Auguſtus, dicebat illi: *c* Liuia noſtri conjugij memor vive ac vale. *d* Quidam ſuſpicabantur, quod Auguſtum veneno in ſico parato, necauerit, quia reconciliandus cum Agrippa Poſthumo nepote ſuo videbatur. Etenim ad Agrippam Auguſtus clàm vxorem in Inſulam tranſmiſerat, viſusq́; erat omninò cum eo in gratiam redijſſe. Verita itaq; Liuia, ne eum reduceret Auguſtus, ac ei imperium traderet, Auguſto venenum propinauit, mortemq́; eius texit, quoad Tiberius rerum potiretur. *e* Poſthumus Agrippa deinde à Centurione (Liuiæ juſſu vt opinantur) confectus fuit.

c Sue. in Octa. capit. 99.
d Dio hiſt. Ro. lib. 56. A. V. C. 767.
e C. Sue. in Tiberio, cap. 22.

Auguſtus

a Auguſtus hanc Liuiam hæredem inſtituit ex parte tertia, & Tiberium Liuiæ filium ex parte octaua, juſſitq́; eos ferre nomen ſuum Auguſtum. *a Sue. in Octa. cap. 99. & 101.*

Sic Auguſti Sacerdos facta, Iulia, Auguſta, & Diua cognominata fuit.

b Vixit annos LXXXVI. Eam neq; decumbentem morbo inuiſit Tiberius, neq; defunctæ exequias celebrauit, neque præter funus publicum, imaginesq́; & alia leuia, ullum ei honorem tribuit. *b Dio. Ro. hiſt. lib. 58. A.V.C. 784.*

Plinius *c* ſcribit Liuiam Auguſtam LXXXII. annis vixiſſe, Punici vini beneficio. *c lib. 14. cap. 6.*

FINIS OCTAVIANI.

TIBERIVS NERO, ET LIVIA, PATER ET MATER TIBERII IMP.



Tiberius,



Iberius Nero, Liuia Drusilla vxor, Tiberij Imperatoris pater materque. Hic sub Iulio Cæsare bello Alexandrino Quæstor, classi præposit⁹, plurimùm ad victoriam contulit. Quare & Pontifex in locum P. Scipionis substitutus, & ad deducendas in Galliam colonias, in quibus Narbona, & Arelate erant, missus est. Tamen Cæsare occiso, cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de præmijs tyrannicidarum referendum censuit. *C. Suet. in Tib. capite 4.*

Ex Liuia Drusilla sua vxore, duos tulit filios, Tiberium Imperatorem, & *a* Drusum X. Cùmq; iterum Liuia ex eo esset grauida, ab Augusto abducta fuit. De quibus plurima lege, in vita Liuiæ eius vxoris, pag. 43. *a de quo p. 49.*

DRVSVS

DRVSVS X. TIBERII NERONIS & LIVIÆ filius, TIBERII Imp. frater.

ET,

ANTONIA MINOR:

Pater & mater CLAVDII Imp.
Auus & auia CALIGVLÆ.
Proauus & proauia materna NERONIS.





DRusus X. Nero, cognomento *a* Germanicus, quod agnomen sibi, posterisq; suis, bellica virtute peperit, Tiberij Claudij Neronis ex *b* Liuia filius, frater Tiberij Imperatoris. Suetonius scribit, *c* Liuiam, cùm Augusto C.ſ. grauida nupsisset, intra mensem tertium peperisse, fuisseq; suspicionem, ex vitrico, per adulterij consuetudinem procreatum. *d* Is Drusus Antoniam minorem in vxorem habuit, ex qua complures quidem liberos tulit: Verùm tres omninò reliquit, Germanicum, Liuillam & Claudium postea Imperatorem. Is Drusus in Quæsturæ Præturæq; honore, dux Rhetici, deinde Germanici belli, Oceanum septentrionalem primus Romanorum Ducum nauigauit.

a Lau. Torren. com. in Sueton. Claud. cap. 1.
b de qua p. 43.
c in Claud. c. 1.
d Dio eū Claudiū Drusū Nero. vocat. Nascitur A. V. C. 716. lib. 48.

Germanos, *e* Cattos, Frisios, subegit, in *f* Sicambrorum terram, & Insulam *g* Battauorum transgressus, vsq; in *h* Sueuos peruenit. *i* Quæ fuerit callidarum gentium feritas, facilè vel mulieres ostendêre, quæ deficientibus telis, infantes ipsos afflictos humo, in ora militum aduersa miserunt. Et tantum terrorem in his locis, de seipso, ad posteritatem reliquerunt, quòd adhuc hodie Germani ac Belgæ in vsu habent, cùm alicui malum optare velint, dicant:

Dio hist. Ro. lib. 54. & 55.
e HASSIA.
f GELDRIA.
g HOLLANDIA.
h POMERANOS et PRVSSOS.
i Luc. Flor. li. 4. cap. 12

Quòd Drusus te posset inuadere.

et terrore exclamant: *Qualis ille Drusus?* adhuc flagellum istius recordantes. In ciuitate Moguntiæ juxta Rhenum, videntur adhuc quædam ipsius reliquiæ: *k* Nec non Glandis lapis, in agro, sic à figura, quam nunc refert, appellatus; eam olim Pyramidalem obtinuisse, complures opinantur.

k Adol. Occo, in numismat.

Trans Rhenum fossas, noui & immensi operis effecit, quæ nunc adhuc Drusinæ vocantur. Initio consulatus, in æstiuis castris, quæ ex eo scelerata dicta sunt, morbo obijt. *l* Corpus eius ad vrbem deuectum, sepultum est in Martio campo. Cæterùm exercitus honorarium ei tumulum excitauit: cadauere in foro

l Suet. in Tib. capite 7.

H Romano

Romano posito, duplex Drusi laudatio, vna à Tiberio in ipso foro, altera in Flaminio Circo, ab Augusto habita, Germanicique cognomen ei & filijs datum est. Titulo Imperatoris simul, & frater eius Tiberius, ab Augusto ornatus est. Tit. Liuius scribit, ipsum Drusum de equo decidentem, ex fractura cruris, die XXX. quàm id acciderat, perijsse.

C. Sue. in Claudi in capite 1.
a de quo p. 25.
b Sue. in Cal. cap. 10.
c id. in Claud. capite 3.
d Val. Max. l. 4. cap. 3.
e Sue. in Calig. capite 15.
f idem cap. 23.



Ntonia minor, sic dicta, quòd minor ætate, Antoniæ majoris suæ sororis, erat. Fuit etiam *a* M. Antonij III viri, & Octauiæ, sororis Augusti filia. *b* Auia C. Caligulæ; mater Claudij Imperatoris, & vxor Drusi Claudij Neronis Germanici, cui peperit Germanicum, Liuiam siue Liuillam, & Claudium postea Cæsarem. De quo Claudio, *c* eum portentum hominis dictitabat, nec absolutum à natura, sed tantùm inchoatum: ac si quẽ socordiæ argueret, stultiorem ajebat filio suo Claudio.

d Antonia fœmina laudibus virilem familiæ suæ claritatẽ supergressa, amorem mariti Drusi egregia fide pensauit, quæ post eius excessum, forma & ætate florens, cubiculum socrus pro conjugio habuit, in eodemq; toro alteri⁹ adolescentiæ vigor extinctus est, alterius viduitatis experientia consenuit.

e A nepote suo C. Caligula Antoniæ, quidquid vnquam Liuia Augusta honorum cepisset, vno Senatusconf. congessit.

f Ipse Caligula, huic Antoniæ auiæ secretum petenti denegauit, nisi vt interueniret Macro Præfectus: Ac per istiusmodi indignitates & tædia, causa extitit mortis; dato tamen, vt quidã putant, & veneno. Nec defunctæ vllum honorem habuit: prospexitq; è triclinio ardentem rogum.

De hac Antonia, vide Iosephum de antiquit. Iudæorum, lib. 18. cap. 8.

TIBERIVS

TIBERIVS NERO, III. ROMAN. IMP.

Adeptus est Imperium, post CHRI-
STI natiuitatem, XVI. anno.



C.Suet. in Tib. cap. 4. & Aur.Vict.in vita Tiberij.
a A.V.C.716. Ante natiuitatē Chriſti, 38. annos.
b Suet.cap.6.
c 7.
d 9.



Iberius Cæſar, III. Romanorum Imperator, ex Tiberio Nerone Quæſtore, & Liuia; quæ poſtea vxor Auguſti fuit, *a* natus eſt. *b* Infantiam pueritiamq; habuit luxurioſam & exercitatam. Nouem natus annos, defunctum patrem pro roſtris laudauit. Pubeſcens Actiaco triumpho currum Auguſti equo comitatus eſt. *c* Virili Toga aſſumpta, ſe ad magiſtratus accinxit. Quæſturam, Præturam, Tribunitiamq; poteſtatem exercuit. *d* Bello Cantabrico Tribunus militum, Tigranem Armeniæ Regem regno reſtituit. Poſthæc Comatam Galliam annum ferè rexit. Exhinc Rhæticum, Vindelicumq; bellum, inde Pannonicum & Ger-
e 15. manicum geſſit. *e* Defunctis Cajo & Lucio, Liuiæ impulſu magis, quàm Auguſti judicio, cùm Agrippa ab Auguſto adoptatus eſt.

Nero, ob virtutem ac peritiam rei militaris, dictus fuit, quod Sabinorum lingua, FORTEM, ſignificat. Satis prudens in armis, ſatisq; fortunatus, ante ſumptum Imperium ſub Auguſto fuit. Inerat ei ſcientia literarum, eloquio clarior, ſed ingenio peſſimo, truci, auaro, inſidioſo, ſimulans ea ſe velle, quæ nollet.

f 22. *f* Exceſſum Auguſti non priùs palam fecit, quàm Agrippi-
24.
25. na juuene interempto. Principatum diu recuſauit, tandem qua-
g A.V.C.760. poſt nat.Chriſti annos 16. ſi coactus, recepit *g* imperium, metuens vndiq; pericula.

Inter initia ciuilem ſe admodum comportauit, recuſa-
26. uit, ne menſis September Tiberius, October Liuius vocaretur, quod in Acta ſua juraretur: Imperator aut dici aut appellari voluit.

28. Aduerſus conuicia, maloſq; rumores, & famoſa de ſe ac ſuis carmina, firmus ac patiens ſubinde jactabat.

29. Senatum, Senatoreſque omnes, vſque ad ſubmiſſionem veneratus eſt.

Quædam

Quædam aduersus sententiam suam decerni, ne quæstus quidem est. 31.

Paulatim principatum exercuit. Ludorum ac munerum impensas corripuit, mercedibus Scenicorum resciſſis, paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis. 33, 34.

Biennio continuo, post adeptum imperium, pedem porta non extulit: sed mortuo vtroq; filio, Germanico & Druso, secessum Campaniæ petijt, constanti & opinione, quasi rediturus nunquam. 38. 39. 40.

Tum *a* Capreas secessit, in Insulam Neapolitani sinus, magnificentiſſimis ædificijs extructam. Reipublicæ curam abjecit. Hispaniam, Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuit. Armeniam à Parthis occupari, Mœsiam à Dacis Sarmatisq;, Gallias à Germanis vastari neglexit, non sine magno imperij dedecore. Tandem vitia, malè diu diſſimulata detexit. Portentosæ libidinis fuit, adeò vt nudas puellas mensæ administrare juberet, & alia factu turpiſſima, nec relatu digna, perpetrauit. *a* Plin.l.3.c.6. 41. 42. 43. 44.

Fœminarum quoq;, & quidem illustrium capitibus, quantoperè solitus sit illudere, apparuit Malloniæ cujusdam exitu. 45.
b Pecuniæ parcus ac tenax fuit. Neq; ulla opera magnifica fecit, neq; spectacula omninò edidit. *b* 46. 47.

Procedente tempore etiam ad rapinas conuertit animũ. 49.

Odium in parentes & affines detexit. *c* Neq; Drusum naturalem, neq; Germanicum adoptiuum, charitate dilexit. *d* Nurum Agrippinam in exilium pepulit; & postea occidi juſſit. Nepotes miserè necauit. Multos excellentes ingenio viros trucidauit. XX. suis veluti consiliarijs conuocatis, vix tribus emiſſis, omnes perdidit. 50. *c* 52. *d* 53. 54. 55.

e Mox in omne genus crudelitatis erupit, nunquam deficiente materia. *e* 61.

a Tac. Ann. li. 15. capite 10. a Christus nostræ salutis author, ætat. suæ 35. Tiberio imperante, Hierosolymæ passus est. Imperij eius anno 19.

b Plin. lib. 15. capite 30. b Tonante cœlo, Lauro coronabatur, contra fulminum metus.

c 68. Plin. l. 11. c. 37. c Nocte vt die cernebat.

d C. Tac. Ann. lib. 1, capit. 15. d Legem, criminis læsæ majestatis, introduxit.

Bis omninò toto secessus tempore, ferè per XXII. annos *72.* Romam redire conatus est, sed non peruenit. Rediens ergò, pro- *73.* pè Campaniam in languorem incidit, & etsi Capreas peteret, tempestate, & ingrauescente morbo, retentus est. Paulò post obijt in villa Luculliana, anno ætatis LXXVIII. & mense IIII. imperij verò, XXIIII.

Authores consentiunt, C. Caligulam Tiberio mortem *e Suet. in Cali. capite 12.* acceleraſſe, e venenum præparasse, & spiranti adhuc, detrahere annulũ voluisse: cùm autẽ Tiberi⁹ signũ retinentis dabat, puluinum injici jussisse, atq; etiam fauces manu sua oppressisse.

f Ro. hist. li. 58. in ipso fine. f Dio autem: ipsum, tanquam calefactione Tiberio egente, eum suffocasse.

AGRIP-

AGRIPPINA, I. VXOR TIBERII, NONDVM IMPERATORIS.



Agrippina,

Grippina, ſoror Agrippinæ vxoris Germanici, ex vno patre M. *a* Agrippa. Sed hæc ex Pomponia, Attici equitis Romani filia, ad quem Epiſtolæ Ciceronis ſunt ſcriptæ, altera ex Iulia, Auguſti filia, nata fuit.

a Lipſ. in ſtem. Auguſt. dom. & Suet. in Tib. cap. 7. & Dio Ro. hiſt. lib. 54. A.V.C. 742.

Plinius ſcribit: *b* Agrippas vt ægrè partos dictos, eò, quòd M. Agrippa, iſti⁹ Agrippinæ patre, naſcente, eius pedes præceſſerint, quod contra naturam eſſe dicit. Prima vxor Tiberij nondum Cæſaris fuit, ex qua filiũ *c* Druſum (maritum *d* Liuiæ Druſillæ) tulit. Et quanquã benè conuenientẽ, rurſumq; grauidam, ab Auguſto tamen, eam dimittere, ac *e* Iuliam eius filiam, coact⁹ eſt ducere, non ſine magno dolore animi, cùm & Agrippinæ cõſuetudine teneretur, & Iuliæ mores improbaret: vt quam ſenſiſſet, ſui quoque ſub priore marito appetentem, quod ſanè vulgo etiam exiſtimabatur. Sed Agrippinam & abegiſſe, póſt divortiũ doluit, & ſemel omninò ex occurſu viſam, adeò contentis & tumentibus oculis proſecutus eſt, vt cuſtodita ſit, ne unquam in conſpectum eius poſthac veniret.

b lib. 7. cap. 8.
c d de quibus pag. 59. 60.
e de qua pa. 65.

f Tacitus, hanc Agrippinã, Vipſaniam vocat, dicitq; quòd poſt Tiberium Aſinio Gallo, Aſinij Pollionis filio nupſit, qui ob eam cauſam Tiberio inviſus fuit.

f Ann. l. 1. c. 4.

g Dio ait: Aſinium Gallum nimia libertate Tiberium ſemel allocutum fuiſſe: demulcere eum verbis cupiuiſſe, ſed non leniuiſſe hominẽ, quin multa ac grauia ab eo perpeſſus, tandem jugularetur, jampridem inuiſus, quod priorem ei⁹ conjugem in matrimonium duxiſſet, Druſumq; filij inſtar haberet.

g Rom. hiſt. lib. 57. in ipſo initio.

h Gallũ Aſinium Tiberi⁹, propter ductã ab eo vxorẽ ſuam, ac libertatẽ dicendi de imperio vſurpatam, capto tempore adortus eſt. Cùm enim is legatus ad Tiberium veniſſet, conuiuio accept⁹, comiterq; habitus eſt, literæq; ad Senatũ ſimul à Tiberio miſſæ, quib⁹ eũ accuſabat. Ità res inexpectata ac inuſitata Gallo accidit, vt cadẽ die Tiberij conuiua eſſet, & in Senatu damnaretur, miſſo etiam ad hoc Prætore, qui eum vinctum ad ſupplicium duceret.

h & lib. 58. A. V.C. 784.

Sed Tiberius vbi quæ lata esset sententia cognouit, quò diutiùs malè haberet, ac multo tempore ignominia simul & metu conflictaretur, bono animo vt esset hortatus, in libera custodia usq; ad suum in urbem aduentum haberi jussit, *a* vbi ferè per biennium custodiebatur, & inter eos, qui anno imperij 19. Tiberij necati sunt, iste Asinius Gallus fuit, cui vita pro supplicio, mors verò pro beneficio erat.

a Dio hist. Ro. lib. 58. A. V. C. 786.

b Tacitus eum fame interijsse ait, an necessaria, an voluntaria, incertum.

b Ann. l. 6. c. 6.

c Moritur Vipsania Agrippina, eodem tempore, quo eius filius Drusus ouans introiuit, vno omnium Agrippæ liberorum miti obitu. Nam cæteros vel manifestum est ferro, vel creditum est, veneno aut fame extinctos.

c idem l. 3. c. 4.

I DRVSVS,

DRVSVS, TIB. IMP. FILIVS, ET LIVIA.



Drusus,



Rusus, Cæsaris Tiberij Imperatoris, & Agrippinæ filius. Is Drusus à patre, ad sedandam militum seditionem, in Pannoniam mittitur. Patris in odio fuit, propter malitiam eius. *a* Ira tam graui erat Drusus, vt verbera etiam illustri cuidam equiti inflixerit, indeq; sit Castor cognominatus. Adeò in temulentiam effusus, vt cùm noctu cum stipatoribus suis cogeretur, aquam eis poscentibus, calidam infundi jusserit: in tantum deditus histrionibus, vt eos ad tumultuandum, legesq; Tiberij de eis latas detrectandum, concitauerit. Consul II. fuit.

C. Sue. in Tibe. capite 7.

a Dio Ro. hist. lib. 57. A.V.C. 768.

b Veneno extinctus est. Nam Sejanus potentia ac authoritate sua exturgescens, homo alioquin fastuosus, etiam Drusum aggressus jam erat, eiq; colaphum aliquando intenderat: inde Drusum timens, venenum ei per famulos eius, vxoremq; eius, cum qua consuetudinem ipse adulterij habebat (Liuillæ nomẽ fuisse, tradunt aliqui) exhibuit.

b idem libr. 58. A.V.C. 784. in fine libri.



AEc Liuia Drusilla (à Dione & Tacito Liuilla dicta) *a* Antoniæ minoris, & *b* Drusi Neronis Germanici, filia, soror Claudij Imperatoris: Primùm ab Augusto *c* Cajo Cæsare, M. Agrippæ & Iuliæ filio, data fuit. Is autem Cajus Cæsar, (quem Augustus *d* adoptauerat per assem & libram, emptus à patre Agrippa) vt puta in principatu educatus, *e* patris sui Augusti mores nequaquam imitabatur, non modò delicatiùs viuente, sed insuper etiam ferociente. Deinde sacerdotium Cajo, vtq; in Senatum ire, ac inter Senatores spectaculis epulisq; interesse liceret, dedit Augustus: Vt verò aliqua ratione modestiorem eum efficeret, postea ad bellum Armeniacum mittitur, vbi breui moritur, post cujus mortem Druso Cæsari, Tiberij Imperatoris filio, etsi ei cognata esset, collocata fuit. Ei duos ex vno partu *f* filios peperit, Gajum & Tiberium; quod rarum lætumq; etiam modicis Penatibus, tanto gaudio Principem Tiberium affecit, vt non temperauerit, quin jactaret apud patres, nulli antè Romanorum eiusdem fastigij viro geminam stirpem editam; & filiam Iuliam. Hæc Liuia persuasa à Sejano suo adultero, maritum veneno necat.

a b de quibus pag. 49. & 50.
c Lips. in stem. dom. Augustæ.
d Sue. in Octa. cap. 64.
e Dio lib. 55. A.V.C. 748.
f C. Tac. Ann. lib. 2. cap. 15.

g Octo post annos, primò cognitum est, per Lygdum Spadonem Drusi, hoc venenum datum fuisse.

g idem l. 4. c. 2.

h Exacerbatus Tiberius de morte filij sui Drusi fuit: quem cùm morbo & intemperantia perijsse existimaret, vt tandem veneno interemptum fraude Liuillæ vxoris, atque Sejani, cognouit.

h Sue. in Tib. cap. 62.

i Sejanus à Tiberio Imperatore in vincula ductus, à Senatu mortis damnatus, capite mulctatus, & in Gemonias projectus est, eumq; totum triduum populus ludibrio habitum, in Tiberim misit. Liberi ejus ex Senatusconsulto necati sunt.

i Dio Ro. hist. lib. 58. A.V.C. 784. & C. Tac. An. lib. 5.

Filia, quam pactus erat Claudij filio, constuprata priùs à carnifice

carnifice, quasi impium esset, *a* virginem in carcere perire. Verùm Apicata, vxor Sejani, damnata non fuit. Hæc liberorum suorum morte audita, eorumq; in scalis corpora intuita, digressa inde, libellum composuit, in quo continebatur, quo modo Drusus esset interfectus, accusatioq; Liuillæ vxoris eius, propter quam vir ipse infensus nuncium remiserat: eo ad Tiberium Imperatorem libello misso, vita seipsam priuauit. Quo Tiberius lecto, req;, vt acta esset, perspecta, reliquos omnes Drusianæ cædis reos, & ipsam Liuillam interfecit: accepi tamen, hunc etiam ipsum Liuillæ propter eius matrem Antoniam pepercisse, Antoniam verò ipsam sua sponte Liuiam inedia necasse. Hanc Liuillam multis exitij causam fuisse, memorat *b* Dion.

a Lips. Com. in Tac. nō simpliciter virginem, sed impubē inuestemq; fuisse sensit: qui non maturi supplicio sunt.

b lib. 58. A. V. C. 787.

c Gajus & Tiberius, nepotes Tiberij Imper. cùm eos suspectos haberet Imperator, quod ex adulterio conceptos aspernarentur, nisi eum mors præuenisset, nec illis quidem pepercisset.

c Suet. in Tib. cap. 62.

Dio *d* autem refert: Tiberium Drusi filium, Tiberij Imp. nept. cùm jam ex ephebis excesserat, & princeps juuentutis creatus fuerat, à Cajo Caligula tum imperante, quanquam eum etiam adoptauerat, occisum fuisse: eo crimine oneratum, quod mortem ipsius optasset & sperasset.

d Rom. hist. li. 59. A. V. C. 790.

IVLIA, NERONIS, GERMANICI FILII, VXOR.



Iulia,

Vlia, prædicti Drusi & Liuillæ filia, Tiberij Imperatoris Neptis, vxor Neronis, Germanici filij, fuit. A Messalina, Claudij Imperatoris vxore, æmulationis causa, interficitur. *Dio Ro. hist. li. 60. A.V.C. 796.*

Suetonius [a] autem scribit: CLAVDIVM Imperatorem, hanc IVLIAM, DRVSI filiam, incerto crimine, nec defensione ulla data, occidisse. *[a] in Claud. capite 29.*

IVLIA,

IVLIA, AVGVSTI FILIA, TIBERII IMP. VXOR II. ET VLTIMA.



Iulia,



Vlia, Octau. Augusti ex *a* Scribonia filia, secunda & vltima vxor Tiberij Imperatoris fuit, Auia C. Caligulæ, Proauia Neronis.

a de qua p.36. C.Sue.in Octa. cap.63.

Primùm ab Augusto *b* Marcello, Octauiæ sororis suæ filio data est, sine prole. Vt is obijt, M. *c* Vipsanius Agrippa eam duxit, ab Octauiano exorata sorore (Octauia) vt sibi genere cederet, (Nam M. Agrippa Marcellam, Octauiæ filiam, in vxorem habebat) Iulia huic Agrippæ peperit *d* CAIVM, LVCIVM, AGRIPPAM, IVLIAM & AGRIPPINAM.

b Dio Ro. hist. lib.53. A.V.C. 729.
c idem lib.54. A.V.C.734.
d Sue.cap.64.

CAIVS & LVCIVS juuenes interierunt.

e AGRIPPA, jussu Liuiæ & Tiberij necatur.

e de quo p. 44.

IVLIA, L. Aemylio Paulo, de qua suprà 40. folio: *f* AGRIPPINA Germanico collocata est.

f de qua p. 71.

VIPS. AGRIPPA, secundo marito quoque defuncto, ista IVLIA *g* Tiberio nupsit. Nam AVGVSTVS Tiberium coëgit, vt Agrippinam dimitteret, & hanc Iuliam duceret, de quo in præcedent. folijs.

g Dio lib.54. A.V.C.743.

h IVLIA à juuentute sua sic instituta fuit, vt etiam lanificio assuesceret, sed in ætatem perueniens, ità à patre Augusto regebatur, vt vetaret loqui, aut agere quicquam, nisi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur: extraneorumq; coetu prohibuit.

h Suet.cap.64.

i TIBERIVS primò cum IVLIA concorditer & amore mutuo vixit, mox discessit, & aliquanto grauiùs, vt etiam perpetuò secubaret, intercepto communis filij pignore, qui Aquileiæ natus, infans extinctus est.

i in Tib. ca.7.

a Dio lib. 55. A.V.C.748. & Pli. l.21. c.3. b Sue. in Octa. capite 65.

a Hæc IVLIA eò lasciuiæ progressa est, vt in ipso etiam foro & rostris, nocturnas comessationes ac compotationes ageret, b quod cùm deprehendisset AVGVSTVS pater, eam domi suæ non continuit, sed cum Senatu communicauit, & diu abstinuit congressu hominum, præ pudore, atq; etiam de ea necanda deliberauit.

Itaque Iulia in Pandatariam (quæ est sita ad Campaniam Insulam) relegata fuit, vltrò cum ea Scribonia matre abeunte.

IVLIVS verò ANTONIVS, quasi spe imperij occupandi id fecisset, cum alijs nonnullis, qui cum Iulia rem habuissent, morte mulctatus est.

c Tac. Ann. li. 1. cap. 10.

c TIBERIVS eodem modo puniuit Sempronium Gracchum: ex nobilissima familia, eò, quòd Iuliam in matrimonio M. Agrippæ, temerauerat. Nec is libidini finis, traditam Tiberio, peruicax adulter, contumacia & odijs in maritum accendebat: literæq;, quas IVLIA patri Augusto, cum insectatione Tiberij, scripsit, à Graccho compositæ credebantur.

d Macro. li. 2. Saturn. cap. 11.

d IVLIA venerata licentiore vestitu: oculos semel offendit patris tacentis.

Mutato cultu suo postera die, & lætus pater se continere non potuit. Et quantus hic, ait, in filia Augusti probabilior est cultus: ipsa respondit: Hodie enim me patris oculis ornaui, heri, viri.

e Plin. l.21. c.3.

e Exemplum licentiæ fuit filia Diui Augusti, cujus luxuria noctibus coronatum Marsyam, literæ illius describunt.

f Suet. in Tib. cap. 50.

f TIBERIVS, Iuliæ vxori tantùm abfuit, vt relegatæ, quod minimum est, aut humanitatis aliquid impertiret, vt ex consti-

conſtitutione patris vno oppido clauſam, domo quoq; egredi & comertio hominum frui, vetuerit: ſed & peculio conceſſo à patre, præbitisq; annuis fraudauit. Quia *a* hæc Liuia eum Tiberium in matrimonio habens, eum ſpreuerat vt imparem, vnde Tiberius imperium adeptus, eam extorrem, infamem, & poſt interfectum Agrippam filium eius, omnis ſpei egenam, inopia & longa fame peremit.


a Tac. Ann. li. 1. capite 11.

b Auguſtus hanc ſuam filiam, & *c* Iuliam filiam eius, teſtamento, propter illa quæ acciderant, in ſuum ſepulchrum inferri, vetuit.

b Sue. in Octa. capit. 101.
c de qua p. 40.

FINIS TIBERII.

GERMANICVS, ET AGRIPPINA, PATER & MATER C. CALIgulæ, Imperatoris.





Ermanicus Cæſar, maritus Agrippinæ, Druſi X. (Tiberij Imp. fratris) ex Antonia minore filius, à Tiberio juſſu Auguſti *a* adoptatus, Quæſturam conſulatumq; geſſit.

a Dio Ro. hiſt. lib.55. A.V.C. 757.

Miſſus ad exercitum in Germaniam, obitu Auguſti nunciato, vniuerſis legionibus, Tiberium Imperatorem pertinaciſſimè recuſantibus, & ſibi ſummam Reipub. deferentibus, *b* imperium ſuſcipere noluit.

b C. Tac. An. lib.1.cap.5. & Sue.in Cali. cap.1.2.3.4.

At ille moriturum potiùs, quàm fidem exueret, clamitans, ferrum à latere diripuit, elatumq; deferebat in pectus, nî proximi præhenſam dextram, vi attinuiſſent.

Conſul iterùm deſignatus, Romam, jubente Tiberio, cui ſuſpectus erat, redijt.

Armeniæ regem deuicit. *c* Ducentos Leones occîdit.

c Dio lib.56. A.V.C.765.

d Tiberius, Germanicum filium ſuum adoptiuum, nulla charitate dilexit: & vsq; adeò ei obtrectauit, vt & præclara facta eius, pro ſuperuacuis eleuaret, & glorioſiſſimas victorias, ceu damnoſas reipublicæ, increparet.

d Suet.in Tib. capite 52.

Quòd verò Alexandriam, propter immenſam & repentinam famem, inconſulto ſe adijſſet, queſtus eſt in Senatu.

Etiam cauſam mortis fuiſſe ei per Cn. Piſonem legatum Syriæ creditur, quem mox hujus criminis reum putabant quidam mandata prolaturum, niſi ea ſecreta obſtarent, per quæ multifariam increpitum, & per noctes creberrimè acclamatum eſt:

De morte Germanici, lege eleganter C. Tac. lib.2.cap.13. Annal.

REDDE GERMANICVM.

Quam ſuſpicionem confirmauit ipſe poſtea, conjuge etiam ac liberis Germanici, crudelem in modum afflictis.

e Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa, ſubuerſæ Deûm aræ, Lares à quibuſdam familiaribus in publicum abjecti, partus conjugum expoſiti.

e Sue. in Cali. cap.5.

Quin & Barbaros ferunt, quibus inteſtinum, quibusque aduerſus nos bellum eſſet, velut in domeſtico communiq; mœrore conſenſiſſe ad inducias. Regulos quosdam barbam poſuiſſe, & vxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus.

a Suet. cap. 6.

a Romæ equidem, cùm ad primam famam valetudinis attonita & mœſta ciuitas ſequentes nuncios opperiretur, & repentè jam veſperi, incertis authoribus, conualuiſſe tandem percrebuiſſet: paſſim cum luminibus & victimis in Capitolium concurſum eſt, ac penè reuulſæ templi fores, ne quid geſtientis vota reddere moraretur.

Expergefactus è ſomno Tiberius eſt, gratulantium vocibus, atque vndiq; concinentium:

SALVA ROMA, SALVA PATRIA, SALVVS EST GERMANICVS.

Et vt demum fato functum palàm factum eſt, non ſolatijs ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit, durauitque etiam per feſtos Decembris menſis.

Moritur Antiochiæ, annum ætatis agens XXXIIII.

AGRIP-



Grippina, *a* M. Agrippæ & *b* Iuliæ, Augusti filiæ, filia, Germanico desponsata fuit, ex quo liberos *c* nouem sustulit. Quorum duo infantes, tertius puer extinctus est. Effigiem tertij, Liuia, habitu Cupidinis in æde Capitolinæ Veneris, dedicauit. Augustus in cubiculo suo positam, quotiescunq; introiret, exosculabatur. Cæteri tres filij, NERO, DRVSVS & C. CAESAR, Filiæ totidem, AGRIPPINA, DRVSILLA & LIVIA, Patri, superstites fuerunt.

a Sue. in Octa. capit. 64.
b de qua pa. C.
c Sue. in Cali. capite 7.

Neronem & Drusum Senatus, Tiberio Imp. criminante, hostes judicauit. C. Cæsar etiam *d* Caligula dictus, postea Imperator factus est. *e* Vir sceleſtiſſimus, qui jactare ausus est, hanc Agrippinam, matrem suam, ex incesto, quem Augustus cum Iulia filia commisisset, procreatam fuisse.

d de quo pa. 79.
e Sue. in Cali. capit. 23.

f Nero vigintiuiratum & Pontificatum, ingressus juuentam, postulante Tiberio, obtinuit: deinde *g* Iuliam, Iuliæ & Drusi filiam in vxorem duxit. Atrox Drusi ingenium super cupidinem potentiæ, & solita fratribus odia, accendebatur inuidia, quòd mater Agrippina promptior Neroni erat.

f Tac. l. 3. c. 6.
g de qua p. 41.

h Drusus postea ex Germanici liberis, togam virilem sumpsit, quæq; fratri eius Neroni decreuerat Senatus, repetita.

h Tacit. Ann. lib. 4. capite 1.

Primò L. *i* Othonis filiam sibi despondit: *k* postea Aemyliam Lepidam vxorem habuit, quæ crebris criminibus maritum insecuta est, & quanquam intestabilis, tamen impunita agebat, dum superfuit pater Lepidus.

i Sue. in Otho. cap. 1.
k de qua p. 99. Tac. li. 8. ca. 10.

l Tiberio Germanicus, vir omnibus virtutibus præditus, vt qui militum animos sibi deuinciret, suspectus erat.

l Dio Ro. hist. lib. 57. A. V. C. 768.

Neque minùs Agrippinam metuit, mulierem eam, cujus spiritus generis excellentiæ responderent.

Agrippinæ

a C. Tac. An. lib. 1. capite 9.

a Agrippinæ amor tantus erga maritum fuit, vt etiam in maximis periculis, & militum ſeditionibus, eum deſerere noluerit. Nam in Germania ſemper eius comes fuit, ac cùm victi & cæſi ſemel penè Romani eſſent, ac in exercitu fama percrebuiſſet, Germanorum agmina Gallias petere, ac in Agrippina impoſitum Rheno pontem ſolui prohibuiſſet, erant, qui id flagitium formidine auderent, ſed fœmina ingens animi, munia ducis per eos dies induit, militibusq́; , vt quis inops aut ſaucius, veſtem & fomenta dilargita eſt.

Tradit C. Plinius Germanorum bellorum ſcriptor, ſtetiſſe eam apud principium pontis, laudes & gratias reuerſis legionibus habentem.

NOTA.

Pons iſtè apud Treviros fuit. Nam Agrippina diſcedens à marito, tumultu militari, in Treviros iuit, ibiq́; manſit.

Lipſ. Comm. in ipſo loco.

Id Tiberij animum altiùs penetrauit, non enim ſimplices eas curas, nec aduerſùs externos militem quæri: nihil relictum Imperatoribus, vbi fœmina manipulos interuiſat, ſigna adeat, largitionem tentet, tanquam parùm ambitioſè filium ducis gregali habitu circumferat, Cæſaremque Caligulam appellari velit: potiorem jam apud exercitus Agrippinam, quàm legatos, quàm duces! compreſſam à muliere ſeditionem, cui nomen principis obſiſtere non quiuerit.

b Suet. in Tib. capite 54.

b Neronem & Druſum, judicatos à Senatu hoſtes, Tiberij Imp. fraude inductos, fame necauit.

Neronem in Inſula Pontia, Druſum in ima parte Palatij. Putant, Neronem ad voluntariam mortem coactum, cùm ei carnifex, quaſi ex Senatus authoritate miſſus, laqueos & vncos oſtentaret: Druſo autem adeò alimenta ſubducta, vt tomentū è culcitra tentauerit mandere: *c* Quo tomento nonum ad diē ſeipſum detinuit, mox vbi exſpes vitæ fuit, meditatas compoſitasq́; diras imprecabatur: vt quemadmodum nurum, filiū fra-

c C. Tac. Ann. lib. 6. capite 6.

tris

tris, & nepotes, domumq; omnem cædibus compleuiſſet, ità pœnas nomini generisq; majorum & poſteris exſolueret.

a C. Cæſar Caligula, immanem animum ſubdola modeſtia tegens, non damnatione matris, non exilio fratrûm rupta voce permotus eſt, qualem diem Tiberius induiſſet, pari habitu haud multum diſtantibus verbis, *b* ipſe quoq; induit, & ità diſſimulare potuit, vt à Tiberio adoptatus, ei in imperio ſucceſſerit.

a Tac. Ann. li 6. capite 6.

b Suet. in Tib. capi. 76.

c Agrippina filia, Cn. Domitij vxor, poſtea Claudij, mater Neronis fuit, *d* Druſilla à fratre Cajo ſtuprata, Caſ. Longino conſulari, collocata eſt.

c de qua p. 118.

d de qua p. 77.

e Liuia ſiue Liuilla, Vinicio Quantino Conſ. nupſit.

e de qua p. 78.

f Nurum Agrippinam, Tiberius Imp. poſt mortem mariti liberiùs quiddam queſtam, manu apprehendit, Græcoq; verſu, ſi non dominaris, inquit, filiola, injuriam te accipere exiſtimas? Nec ullo mox ſermone dignatus eſt. Quondam verò inter cœnam porrecta à ſe poma, guſtare non auſam, etiam vocare deſijt; ſimulans ſe veneni crimine accerſitum: cùm præſtructum vtrunq; conſulto eſſet, vt & ipſe tentandi gratia offerret, & illa quaſi certiſſimum exitium caueret. Nouiſſimè calumniatus, modò ad ſtatuam Auguſti, modò ad exercitus confugere velle, Pandatariam relegauit, conuicianti que oculum per Centurionem verberibus excuſſit. Rurſus mori inedia deſtinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum juſſit. Sed & perſeuerantem, atq; ità abſumptam, criminoſiſſimè inſectatus eſt, cùm diem quoq; natalem eius, inter nefaſtos referendum ſuaſiſſet. Pœnituit eum etiam, quòd non laqueo ſtrangulatam in *g* Gemonias abjecerit.

f Suet. in Tib. capite 53.

g Sunt ſcalæ, è quibus damnati præcipitabãtur.

h Poſt damnationem, Nurum ac nepotes nunquam aliter, quàm catenatos, obſutaq; lectica loco mouit, prohibitis per militem obuijs ac viatoribus reſpicere uſquam vel conſiſtere.

h Suet. in Tib. capit 64.

i Tiberius in Agrippinam poſt mortem fœdiſſimis crimi-

i C. Tac. Ann. lib. 6. capite. 6.

a maritum sororis Agrippinæ de qua pag. 55.

nationibus exarsit, impudicitiam arguens, & *a* Asinium Gallum adulterum, eiusq́; morte ad tædium vitæ compulsum. Sed Agrippina æqui impatiens dominandi auida, virilibus curis fœminarum vitia exuerat.

b Sue. in Octa. cap. 86.

b Quadam epistola Augustus Imp. Agrippinæ neptis ingenium collaudauit.

c idem in Cali. cap. 15.

c C. Caligula imperium adeptus, confestim Pandatariam & Pontias Insulas, ad transferendos matris fratrisq́; cineres festinauit, quos in duobus ferculis Mausoleo intulit.

TRES

TRES FILIAE GERMANICI ET AGRIPPINÆ, C. CALIGVLÆ SORORES.









a Suet. in Cali. capit. 42. & Aur. Vict. in vita Calig. Ioſeph de antiq. lib. 19. capite 2.



Grippina, Druſilla, Iulia, quæ & Liuia & Liuilla dicta, filiæ Germanici, ex Agrippina, ſorores C. Cæſ. Caligulæ: quas omnes tres *a* conſtuprauit, & pleno conuiuio ſingulas infra ſe viciſſim collocabat, vxore ſuprà cubante.

Agrippina Cn. Domitij vxor fuit, cui peperit Neronem Imperat. poſtea Claudio Imperatori jungitur, de qua vide paginam 118.

b in Cal. ca. 8.

Druſilla naſcitur in Treuiris ſuprà confluentes, & aras ibi oſtendi inſcriptas, Agrippinæ puerperio, putat Aeneas Vicus ex Suetonio, *b* etſi aliqui id de C. Caligula intellexerunt.

c Ta. Ann. lib. 6. capite 4. d Dio Ro. hiſt. lib. 59. & Suet. in Cal. cap. 24. de quo Æmylio pag. 60. e idem in Cali. cap. 24. f de qua p. 47.



AEc Druſilla, à Tiberio Imp. auo ſuo adoptiuo *c* L. Caſſio, Plebeij generis, verùm antiqui honoratique conjuncta eſt. Poſtea *d* M. Aemylio Lepido data.

Hanc frater eius Caligula *e* vitiaſſe virginē, prætextat⁹ adhuc creditur. Atq; etiam in concubitu eius quondam depræhenſus, ab auia *f* Antonia, apud quam ſimul educabantur. Mox Lucio Caſſio Longino conſulari collocatam abduxit, & in modum juſtæ vxoris propalàm habuit. Aeger eam hæredem quoq; bonorum, atq; imperij inſtituit. Eadem defuncta, juſticium indixit: in quo riſiſſe, lauiſſe, cœnaſſe, cum parentibus aut conjuge, liberisuè, capitale fuit. Nec vnquam poſtea, niſi per nomen Druſillæ dejerauit.

g Ro. hiſt. li. 59. A. V. C. 791.

Druſillæ maritum fuiſſe Mar. Lepidum, teſtatur Dion, *g* cum quo mutui ſtupri conſuetudo erat Cajo, ſed rem quoque frater cum ea habebat: tunc mortuam maritus laudauit, publicam ſepulturam frater tribuit, ac Prætoriani milites, cum ſuo Tribuno, ac ſeorſim equeſter ordo, ſeorſim patricij pueri, Trojæ decurſione, circum tumulum eius obequitârunt.

Decreta

Decreta ei omnia, quæ Liuiæ, ac insuper vt immortalis haberetur, aurea in curia effigies eius vt poneretur, vt in foro imago Veneris, staturæ eius æqualis collocaretur: ijsdemq; honoribus coleretur, peculiare fanum ei ædificaretur, eamq; statuis sacris, non modò viri, sed mulieres etiam venerarentur. Vt mulieres eam jurarent, quoties aliquid sacramento confirmarent: vt natali eius die, ludi Megalensium similes fierent, epulumq; Senatui & equitibus daretur. Itaq; tunc Panthea vocata est: & diuinis honoribus per omnes vrbes culta. *Drusillæ post mortē honores.*

At Liuius Geminius senator, vidisse se eam in cœlum ascē-dentem, ac cum Dijs conuersantem, jurauit, pernitiem sibi liberisq;, si vanum id asseruisset, imprecatus: vocatisq; ad hoc testibus, cùm alijs Dijs, tum ipsa Drusilla: ob id donatus est *a* decies sestercium. *Li. Geminius se Drusillā vidisse in cœlum ire, iurat.* *a xx. millia ∇ aurea.*

Reuersus Cajus, ad Drusillæ natalicia, effigiem eius Ele, phantis impositam bigis in theatrum inuexit, & spectacula exhibuit. *Dio Rom. hist. li.59. V.C.792.*

a Sue. in Cali. capite 7.
b idem in Cla. cap. 29.
c Tac. Ann. li. 2. cap. 10. A. V. C. 771.
d idem l. 6. c. 4.
e Sue. in Cali. cap. 24.
f Dio Ro. hist. lib. 60. ferè in ipso initio.



iuilla, *a* aut *b* Liuia à Sueto. *c* Iulia autem à Tacito dicitur. Agrippina hanc Iuliam in Insula Lesbo, nouissimo partu edidit. Iulia *d* M. Vinitio Quartino, homini nobili & virtuoso, à Tiberio Imp. vxor data est. *e* Hanc Caligula, nec cupiditate tanta, nec dignatione, vt sororē Drusillā, dilexit, tamē cum ea stupri consuetudinem fecit. *f* Postea à fratre Cajo, in Pontiam Insulam in exilium deportata, à Claudio Imp. vnà cum sorore Agrippina reducta, bona ijs restituta fuerunt.

g. Dio Ro. hist. lib. 60. A. V. C. 794.
Senec. exilatus.

g Sed postea Val. Messalina, Claudij Imperatoris vxor, indignè ferens, non honorari se ab illa, non adulari, formæque eius æmula, ac quod sæpiùs sola cum Claudio ageret, extorrem egit, paratis cum alijs, tum adulterij criminibus, ob quæ Seneca etiam in exilium pulsus est. Neq; multò post, Iuliam eadem necauit.

h Idem A. V. C. 799.

h Vinicius autem Iuliæ maritus, vir illustris, à Messalina, cui suspectus erat, quoniam ea vxorem eius Iuliam occiderat: indignante insuper, quòd coitum suum recusasset, veneno necatus est.

i in Cla. c. 29.
k Æneas Vicus in vita Drusil.

Suetonius *i* scribit, quòd Claudius Imp. hanc Iuliam Germanici filiam occiderit, crimine incerto, nec defensione vlla data. Inter numismata C. Caligulæ, vnum reperitur, cum facie Caji ad vnam partem, ad alteram verò III. suarum sororum, Agrippina in forma Deæ *k* Constantiæ, Drusilla in forma Concordiæ, & Iulia vt Dea Fortunæ. Quod hîc subjicere visum fuit.

C. CÆSAR

C. CAESAR CALIGVLA IIII. R. IMP. ADEPTVS EST IMP. ANNO à natiu. Christi, 39.



Caius statura fuit eminenti, corpore enormi, pallido colore, oculis & temporibus concauis, ampla fronte, capillo raro.

C. Sue. in Cali. capite 1.



Ajus Cæſar Caligula, ex Germanico & Agrippina natus eſt. Imperium magis in gratiam patris, populo ac militibus commendatus, quàm proprijs virtutibus aſſecutus eſt. *a* Et quia natus in exercitu fuerat, à militari calciamento, Caligulæ cognomen adeptus eſt.

a cap. 9.

Ante principatum verò talis, vt non immeritò vulgaretur, atrociorem illo dominum non fuiſſe,

b 12. Rerum geſtarum ſtudioſos, *b* quos Tiberius relegauerat, reuocauit omnes.

Iuriſdictionem liberam Magiſtratib. reliquit, cenſus, Vectigalia reformauit, incendiorum damna redintegrauit, multa *c* ſpectacula, etiam nunquam viſa, ordinauit. Nam Bajarum medium interuallum, & Puteolanas moles trium millium, & ſexcentorum ferè paſſuum; ponte conjunxit, per quem vltrò citrò commeauit, biduo continenti. *d* Hactenus de principe, reliqua de monſtro narranda ſunt.

c 19.

& Xiphil. è Dione.

d 22.

Plurima cognomina aſſumpſit: nam nunc pius, nunc Caſtrorum filius, mox pater exercituum, etiam optimus Cæſar eſt dictus.

Tandem in inanem atque vanam ſuperbiam lapſus, ſe adorari, & vocari Latialem *e* Iouem, mox Deum paſſus eſt, propria ſibi ſacerdotia conſtituens, victimasq; & hoſtias expetens, ſæpè Iuno, Diana, Venusq; fiebat, mutato cum nomine etiam habitu.

e & Dio Rom. hiſt. lib. 59.

idem. A. V. C. 793.

Aliquando muliebri ornatu conſpiciebatur; modò viriliter compoſitus clauam & leonis pellem geſtabat: aliâs barbatus, aliâs imberbis: nunc tridentem tenens, nunc fulmen vibrans. Aliquando ſerico veſtitu, aut triumphali ornatu, inter populum verſabatur: paucos oſculabatur, pleriſq; etiam Senatorum, manum tantùm, aut pedem adorandum porrigebat.

Machinam

Machinam habebat Cajus, qua tonitribus obſtreperet, ac contra fulgura fulguraret; ac quoties fulmen decidiſſet, lapidem ejaculabatur, ſemper Homericum illud addens:

TOLLITE ME, VEL EGO TE.

a Tum in propinquos, in auiam, proauiam, omnem ſæuitiam exercuit. *a Sue. cap.23.*

Tres ſuas ſorores *b* ſtupro maculauit, vnamq; ex his virginem vitiauit. *b. 24 & Ioſep. de antiq. lib.19. ca.2. & Aur. Vict. in vita Caij.*

c In Palatio matronas nobiles publicæ libidini ſubjecit *d* ibiq; Lupanar conſtituit.

Primus diademate impoſito, Dominum ſe juſſit appellari. *e* Tanta in cenſus pecuniæ cupidine fuit, vt ſuper aureorum acernos, nudis pedibus ſpatiatus, & toto corpore aliquandiu volutatus ſit. *c 36. d 41. e 42.*

Doluit R. populo non vnam eſſe ceruicem, vt vno ictu faciliùs & citiùs abſcindi poſſet.

Senatores multos interfecit. Parentes filiorum ſupplicio intereſſe coëgit.

Optabat cædem, famem, peſtem, incendia, terræ etiam hiatum, vt ſua tempora redderentur illuſtriora: Homeri carmina comburere eſt conatus: Virgilium ignorantiæ, T. Liuium loquacitatis accuſauit.

f Libidinis tā erat inexplebilis, luxuriæ portētoſæ vt nō parceret vllis, & quod pudeat recitare: omnib. honeſtis inſidiabatur matronis: quas cum maritis ad cœnā vocatis, vitiaſſet, palàm in conuiuijs omnibus dixit, earum has laudans, has vituperans, *f Suet. cap.36. Plin. l.37. ca.2.*

g Vicies ſepties millies ſeſtertium coëgiſſe, Tiberius dicitur, quæ omnia Cajus vno triennio abſumpſit. *g Adolp. Occo, in Cali. ſunt ſexaginta ſex milliones, & quinquaginta millia aureorum coronatornm.*

Tandem per *h* Chæream Caſſium Tribunum, & Cornelium Sabinum, XXX. vulneribus eſt confectus. *i* Cùm cecidiſſet, nemo eorum qui aderant, à vulnerando etiam cadauere eius *h Ioſe. de anti. lib.19. capite 1. Dio Ro. hiſt. lib. 59. in ipſo fine. i Dio ibidem A.V.C. 793.*

M

eius abſtinuit, ac quidem carnes quoq; eius guſtârunt. Perijt anno ætatis XXIX: Imperij verò III. cum X. menſibus. Cadauer tumultuario rogo ſemiambuſtum, in hortis Lamianis leni ceſpite obrutum: à ſororibus tamen, ab exilio redeuntibus, concrematum.

Sue.cap.49. Poſt mortem ipſius, in ſecretis eius reperti ſunt duo libelli diuerſo titulo, alteri Gladius, alteri Pugio, index erat. Ambo notas & nomina continebant morti deſtinatorum.

Inuenta & arca ingens, variorũ venenorum plena: quibus mox à Claudio demerſis, infecta maria traduntur, non ſine piſcium exitio. quos enectos æſtus in proxima littora ejecit.

IVNIA

IVNIA CLAV. I. VXOR CALIGVLÆ, NONDVM IMPER.



C. Sue. in Cali. capite 12. C. Tac. Ann. li. 6. capit. 6.



IVnia Claudia, à Suetonio Iunia Claudilla dicta; M. Silani, nobilissimi viri, filia, fuit prima vxor C. Cæsaris Caligulæ, nondum Imperatoris, sed ex partu mortua est.

a Sue. in Cali. capite 12.

b Idem cap. 26.

Post mortem Iuniæ, Caligula *a* Enniam Næuiam, Macronis vxorem, qui tum Prætorianis cohortibus præerat, sollicitauit ad stuprum, pollicitus & matrimonium suum, si potitus imperio fuisset: deq́; ea re & jurejurando & chirographo cauit. *b* Mox ab ipso imperium adepto, ipsi Enniæ, & eius marito Macroni, & adjutoribus imperij omnibus, pro necessitudinis jure, proq́; meritorum gratia, cruenta mors persoluta est.

LIVIA

LIVIA ORESTILLA, II. VXOR CALIGVLÆ IMPERAT.



C. Sue. in Cali. capite 25.


iuia Oreſtilla, II. vxor C. Cæſaris Caligulæ, tunc Imperatoris, hanc Liuiam C. Piſoni nubentem, cùm ad officium & ipſe Cæſar veniſſet, ad ſe deduci imperauit, intraq; paucos dies repudiatam, biennio poſt relegauit: quod repetiſſe vſum prioris mariti tempore medio videbatur. Alij tradunt, adhibitum cœnæ nuptiali mandaſſe ad Piſonem contrà accumbentem:

NOLI VXOREM MEAM PREMERE,

ſtatimq; è conuiuio abduxiſſe eam ſecum, & proximo die edixiſſe, matrimonium ſibi repertum, exemplo *a* Romuli, & *b* Auguſti.

a cùm Sabinorũ filias raperet.
b Sue. in Octa. capit. 26.
c Ro. hiſt. li. 59. A.V.C. 790.

Dio *c* hanc Corneliam Oreſtillam nominat, cùmq; Caligũla eam ex nuptijs ereptam, duxiſſet, ante exitum II. menſis, eam & Piſonem relegauit, quòd coiiſſent medio tempore: Piſoni conceſſit, vt ſecum decem ſeruos abduceret: cumq; is plures peteret, liberum fecit, vt haberet quot vellet, addito totidem ei milites adfuturos.

LOLLIA

LOLLIA PAVLINA, III. VXOR CALIGVLÆ IMPERAT.



C.Su..in Calig. capite 25. a de quo in Ti. capite 13.



Ollia Paulina, tertia vxor C. Cæsaris Caligulæ Imp. a M. Lolli consulis filia, C. Memmio consulari, exercitus regenti, nupta fuit, facta mentione auiæ ei⁹, vt quondam pulcherrimæ, quo audito Caligula, subitò Memminm, eiusq; vxorem, ex prouincia euocauit, ac perductam à marito, conjunxit sibi.

b Ro.hist.lib. 59.A.V.C.791. c idem A.V.C. 792. d Suet.cap.25. e lib.9.cap.35.

Dio ait: b Memmium Regulum coactum fuisse, à Cajo, vt eam sibi traderet, ne præter leges, videlicet non desponsam, duceret: sed hanc quoq; statim missam fecit, c & vt sterilem (sed re vera, quia satietas eius ipsum ceperat) repudiauit, d interdicto cujusquam in perpetuum coitu. e Plinius de ea sic ait: Lolliam Paulinam, quæ fuit Caji principis matrona, vidi, nec seriò quidem, aut solenni ceremoniarum aliquo apparatu, sed mediocrium etiam sponsalium cœna, Smaragdis margaritisq; opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisq;, quæ summa f quadringenties sestertium colligebat; ipsam confestim paratam nuncupationem tabulis probare. Nec dona prodigi principis fuerunt, sed auitæ opes, prouinciarum scilicet, spolijs partæ. Hic enim rapinarum exitus: hoc fuit, quare Mar. Lollius infamatus, regum muneribus in toto Oriente, interdicta amicitia à C. Cæsare, Augusti filio, venenum biberet, vt neptis eius CCCC. sestertium opera spectaretur ad lucernas.

f 10000. millia aurea coronat.

g Sue.in Clau. cap. 26. h C.Ta. Ann. lib. 12. capite 1.

g Postea imperante Claudio, ipse de hac Lollia, quæ C. Cæsari nupta fuerat, in matrimonium ducenda, tractauit. h Nam orto apud libertos certamine, quis deligeret vxorem Claudio; Calistus libertus Lolliam, quando nullos liberos genuisset, vacuam æmulatione, & priuignis parentis loco futuram, induci conatus est. At Pallas libertus, Agrippinam laudante, ea præualuit. i Quæ Agrippina postea atrox odio, ac Lollię infensa, quòd secum de matrimonio principis certauisset.

i idem ca.6. & Dio R. hist. lib. 60. V.C. 606.

Molita

Molita eſt crimina & accuſatorem, qui objiceret Chaldæos, Magos, interrogatumq́; Appollinis Clarij ſimulacrum, ſuper nuptijs Imperatoris. Exin Claudius inaudita rea, multa de claritudine eius apud Senatum præfatus, ſorore L. Voluſij genitam, majorem ei patruum Cottam Meſſalinum eſſe, Memmio quodam Regulo nuptam (nam de C. Cæſaris nuptijs conſulto reticebat) addidit pernicioſa in remp. conſilia, & materiem ſceleri detrahendam. Proin publicatis bonis, cederet Italia. Ità *a* quinquagies ſeſtertium ex opib⁹ immenſis exuli relictum. *a ſunt CXXV. millia aurea coronat.*
In Lolliam miſſus eſt Tribunus, à quo ad mortem adigeretur.

CAESONIA IIII. VXOR C. CALIGVLÆ IMPERATORIS.



CÆSO-



AEſonia, quarta & vltima vxor C. Caligulæ Imperatoris, *a* Dio eam Miloniam Cæſoniam nominat, quam Cajus, repudiata Lollia Paulina, adulterio priùs ſibi cognitam, quam tunc vxorem ducere ſtatuit, quia grauida erat, vt triceſimo die Pater ex ea fieret. *b* Cæſonij ſic dicti fuerunt, à cæſo matris vtero: *c* Hæc Cæſonia, neq; facie inſigni, neq; ætate integra, mater jam ex alio viro trium filiarum, ſed luxuriæ ac laſciuiæ perditæ fuit, eam Caligula ardentiùs & conſtantiùs amauit: vt ſæpè chlamyde peltaque, & galea comatam, & juxta adequitantem militibus oſtenderit: amicis verò etiam nudam. Quam enixam vxorio nomine dignatus eſt, vno atq; eodem die profeſſus, & maritum ſe eius & patrem infantis (Iuliæ Druſillæ) ex ea octauo menſe natæ. *d* Quoties vxoris, vel amiculæ collum exoſcularetur, addebat: Tam bona ceruix, ſimul ac juſſero, demetur.

a Ro. hiſt. lib. 59. A.V.C. 792.

b Plin. l. 7. c. 9.

c Suet. in Cali. capite 25.

d Pli. li. 7. c. 5.

Quin & ſubinde jactabat, exquiſiturũ ſe vel fidiculis de Cæſonia ſua, cur eam tantoperè diligeret. *e* Caligula ſemel, ſuper 40. reos, vna ſententia condemnauit, expergefactæ ſomno Cæſoniæ, gloriatus eſt, quantum egiſſet, dum ea meridiaret.

e idem cap. 38.

f Creditur Caligulam potionatum fuiſſe à Cæſonia vxore, amatorio quodam medicamento, ſed quod in furorem ſeſe verterit. Cæſoniam & Claudium, alioſq; locupletiſſimos homines Caligula ſacerdotes creauit.

f idem cap. 50.

Xiphil. è Dione epitom. lib. 59.

g Caligula confectus perijt, & vnà vxor Cæſonia. Vide plura in Ioſepho, de antiq. lib. 19. cap. 2.

g idem ca. 59.

IVLIA DRVSIL-LA, C. CALIGVLÆ ET CÆSONIÆ, FILIA.





IVlia Drusilla, C. Caligulæ Imp. ex Cæsonia, filia, dies XXX. post nuptias patris cum Cæsonia, nascitur. Hanc pater per omnium Dearum templa circumferens, Mineruæ gremio imposuit, alendamque & instituendam commendauit. Nec ullo firmiore judicio sui seminis esse credebat, quàm feritatis: quæ illi quoque tanta jam tunc erat, vt infestis digitis, ora & oculos simul ludentium infantium incesseret. *a* Hac nata, paupertatem, nec jam imperatoria modo, sed & patria conquerens onera, collationes in alimoniam atq; dotem puellæ recepit. *C. Sue. in Cali. capite 25.* *a idem ca. 42.*

b Tandem pereunte patre & matre, ab eodem Centurione *c* Iulio Lupo, qui matrem occiderat, ipsa parieti illisa fuit. *b idem cap. 59.* *c Iose. de antiquit. li. 19. ca. 2.*

FINIS CALIGVLAE.


DRVSVS X. ET ANTONIA MINOR, PATER MATERQVE CLAVDII IMPERATORIS.



De isto Druso X. & eius vxore Antonia, patre & matre Claudij, vide paginam 49. 50. & 51.

CLAV-

CLAVDIVS V. RO. IMP. ADEPTVS EST IMPER. ANNO CHRISTI, 43.



C. Sue. in Clau. capite 2.



Laudius Tiberius Drusus, Drusi deci. & Antoniæ minoris, filius V. Rom. Imp. vniuersam penè pueritiam & adolescentiam, morbis afflictā habuit, ità; vt animo, simul & corpore esset penè hebetiori. Liberalibus artibus ab ætate prima, haud me-

3. a 24. diocrem operam dedit. a Græcè doctus & Latinè XLI. histori-

b Tac. l. 11. c. 4. arum libros conscripsit, ac nouas b literarum formas addidit.

Cajo occiso: cùm percussores inquirerentur, metuens,

c Iose. de antiq. lib. 19. cap. 2. & Suet. cap. 10. ne ad supplicium raperetur, sese c occultauit, deformi latebra repertus, à militibus extractus, ductusq; ad palatium vrbis, Im-

d sunt 350. cor. Gal. sed credibilior Dio. 25. dr. perator creatus est, anno ætatis L. promittens singulis quaterna dena d sestertia: & sic primus Cæsarum fidem militibus præmio

e Suet. cap. 11. est pignoratus. Parentibus ac e majoribus suis, auiæ & fratri, cunctisq; propinquis diuinos honores instituit, sacrificiaq; in

f 12. memoriam eorum, cum ludis & spectaculis celebrauit, f honores sibi illatos, spreuit. In cunctis tam ciuilem se gessit, vt breui

g 13. spatio omnium in se fauorem & amorem traxerit. g Priuatis tamen insidijs infestabatur, à F. Camillo Scriboniano, Dalmatiæ legato, quem milites etiam in Imperatorem elegerunt: Ve-

h 17. rùm intra quintum diem oppressus est. h Expeditionem in Britanniam sumpsit, quam cùm in deditionem recepisset, sexto demùm mense reuersus in vrbem, triumphum egit pretiosissi-

i 18. mum. i Curam vrbis maximam habuit, Senatum suppleuit,

k 20. famosos senatu amouit, ob id pater senatus dictus, k opera publica multa & magna extruxit.

l Pli. l. 36. c. 15. & Tac. Ann. l. 11. cap. 4. l Aquam Claudiam Romam introduxit. Per tria millia passuum, partim effosso monte, partem exciso canalem absoluit ægrè, & post vndecim annos, quamuis continuis XXX. hominum millibus sine intermissione operantibus. Portum O-

m 21. stiæ exstruxit. m Spectacula magnifica edidit. Ludos seculares fecit. Plurium indulgentissimus ac liberalissimus princeps.

Sed

a Sed libertorum & conjugis imperijs subjectus fuit. Vnde dicebatur: Abundè ei pecuniarum fore, si à duobus libertis in societatem reciperetur. b Nam vnus ex illis Narcissus potentissimus fuit, vt qui ampliùs c quater millies sestertium possederit. d Ingens fames, sub Claudio, in Europa & Asia fuit.

Iudæos impulsore Christo assiduè tumultuantes, Roma expulit. e Conuitijs plus nimio deditus, vini, cibiq; appetentissimus, vsque adeò, vt sæpè vomitu stomachum exonerare cogeretur. Somni breuissimi. Libidinis in fœminas profusissimæ, aleæ perquàm studiosus, natura sæuus, sanguinariusq;, f alioqui timidus, & ad omnia pauidus. g Malitias & crudelitates perpetrauit. h Dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret flatum, crepitumq; ventris in conuiuio emittendi, cùm periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperisset.

i Tandem fraude vxoris Agrippinæ veneno, in k boleto parato, perijt. l Vnde illud Neronis memoria dignum, qui fungos Deorum cibum esse dicebat, quoniam Claudius etiam boleti esu Deus esset factus. Mortuus est ætatis suæ LXIIII. imperij verò XIIII. Funeratus solenni pompa principum, & in Deorum numerum relatus.


a Aur. Victo. in Claud.
b Dio Ro. hist. lib. 60. in ipso fine. & Plin. lib. 33. capite 10.
c x. millio. aur.
d Dio Ro. hist. lib. 60. A. V. C. 796. Act. Apo. c. 11.
e 32. 33.
f 36.
g 29. 34.
h 32.
i 25.
k Plin. lib. 22. capit. 22.
l Dio Ro. hist. l. 60, in ipso fine.

In Claudij Deificationem scripsit Iuuenalis:

Vilibus accipites fungi ponantur amicis,
Boletus domino, sed qualem Claudius edit.
Ante illum vxoris, post quem nihil amplius edit.

O ÆMY-

AEMILIA LEPIDA I. SPONSA CLAVDII NONDVM IMPER.



ÆMI-



Emylia Lepida, L. Aemylij Pauli, & Iuliæ filia, *a* sponsa Claudij in adolescentia; Augusti proneptis fuit. Claudius hanc, virginem adhuc, repudiauit, propterea quòd parentes eius Augustum offenderant; *b* Mater Iulia, ob vitæ turpitudinem: Pater, ob conspirationem in Augustum. *c* Postea nupsit P. Quirinio Consulari, in cuius gratiam Tiberius condemnauit hanc generosissimam fœminam, eamq; demissam è matrimonio, post vigesimum annum veneni olim in se comparati arguebat: *d* Delata est quòd simulauerit partum ex P. Quirinio atq; orbo. Adjecta adulteria, venena, quæsitumque per Chaldæos in domo Cæsaris. Quirinius post dictum repudium adhuc infensus, quãuis infami ac nocenti miserationem addidit. Tormentis seruorum patefacta sunt flagitia, itumq; in sententiã Rubelli Blandi, à quo aqua atque igni arcebatur. Mox Scauro (qui filiam ex ea genuerat) datum, ne bona publicarentur. Tum demùm aperuit Tiberius, compertum sibi etiam ex P. Quirinij seruis, venene eum à Lepida petitum.

a Sue. in Clau. capit. 26.
b Torr. Com. in Clau. ca. 26.
c idem in Tib. capit. 49.
d C. Ta. Ann. lib. 3. capite 4.

Lipsius in dubio est, an hæc Aemylia, *e* Drusi (Germanici filij, nupta) fuerit: attamen certum est, quòd hæc Lepida tunc temporis floruit, de qua Tacitus: *f* Et Aemylia Lepida, quam juueni Druso nuptam rettuli, crebris criminibus maritum insecuta quanquam, intestabilis, tamen impunita agebat, dum superfuit pater Lepidus. Post à delatoribus correpta est, ob seruum adulterum, nec dubitabatur de flagitio, ergò omissa defensione, finem vitæ sibi posuit.

In stemm. August. domus.
e de quo pa. 71.
f Ann. lib. 6. capite 10.

O 2 LIVIA

LIVIA MEDVLINA II. SPONSA CLAVDII NONDVM IMP.



IVIA MEDVLINA, cui & cognomen CAMILLAE erat, è genere antiquo DICTATORIS CAMILLI, ſecunda ſponſa CLAVDII, nondum IMPERATORIS fuit, quam ipſo die, qui erat nuptijs deſtinatus, ex valetudine amiſit. *C. Sue. in Clau. capit. 26.*

PLAVTIA HERCVLANILLA III. VXOR CLAVDII NONDVM IMPERATORIS.





PLautia Herculanilla, vel vt alij *a* Vrgulanilla, hæc tertia *b* vxor Claudij Imperatoris fuit, cum qua, ob *c* libidinum probra, & homicidij ſuſpicionem, diuorrium fecit.

Ex Plautia liberos tulit; *d* Druſum Pompeium & Claudiam; Druſum puberem amiſit; pyro per luſum in ſublime jacta-to, & hiatu oris excepto, ſtrangulatum, cùm ei ante paucos dies filiam Sejani deſpondiſſet. Quo magis miror fuiſſe qui traderent fraude à Sejano necatum. De Claudia vide ſequente pag.

a Torr. Com. in Suet. & Lipſ. Comm. in Tac.
b Sue. l. 5. c. 26.
c vt patet in ſequente pa. quòd ea ex Liberto concepit Claud.
d capite 27.

CLAV-

CLAVDIA, FILIA CLAVDII IMPER. ET PLAVTIÆ.



CLAV-


Laudia, quam Suetonius à Claudio, ex P. Herculanilla genitam fuiſſe, ait: cùm autem eam ex Liberto ſuo Botere conceptam fuiſſe animadverteret: quamvis ante quintum menſem diuortij natam, alique coëptam, exponi tamen ad matris januam, & nudam abjici juſſit. *C. Sue. in Clau. cap. 27.*

P ÆLIA

AELIA PETINA IIII. VXOR CLAVDII IMPERATOR.



ÆLI-


Elia Petina, è familia *a* Tuberonum, patre consulari, quarta (vel vt Lipsius, cùm ambæ sponsæ Claudij non numerantur) secunda vxor Claudij Imperatoris. Ex qua licet *b* Antoniam filiam haberet: tamen diuortium cum ea inijt ex leuibus offensis. Et quamuis in cœlibatu permanere proposuerat, tamen durare nõ valuit, quin de conditionibus continuò tractaret, etiam de Petina, quam olim exegerat. Tacitus refert: certamen inter Claudij libertos ortum fuisse, quis conjugem Imperatoris diligeret. Narcissus vetus matrimonium, familiam communem (nam Antonia ex Petina erat) nihil in penatibus eius nouum, differebat, si sueta conjunx rediret, haud quaquam nouercalibus odijs visura Pritannicum & Octauiam, proxima suis pignora. Calistus libertus improbatam longo dissidio, ac si rursus assumeretur, eo ipso superbam.

a Tac. Ann. li. 12. in ipso initio.

b Suet. in Clau. cap. 26. & 27

An. l. 12. vt sup.

ANTONIA, FILIA CLAVDII IMPERAT. EX ÆLIA PETINA.



ANTO-

Ntonia, Claudij nondum Imperatoris, & Aeliæ Petinæ, filia, à patre Cn. Pompeio Mag. nupta fuit: qui Pompeius postea à Claudio non recusatus modò, sed & interemptus, & Fausto Sullæ, nobilissimo iuueni, Antonia à patre, data fuit. Tacitus *a* hunc Cornelium Sullam nominat: scribitq; Pallantem ac Burrhum accusatos ante Neronem, postea Imperatorem fuisse, quod voluerint, vt Cornelius Sulla, claritudine generis & affinitate Claudij, cui per nuptias Antoniæ, gener fuerat, ad imperium vocaretur. *b* Qui Silla à Nerone, Grapti libertis fraude, cedere patria, & Massiliensium mœnibus coërceri, iussus est. *c* Cumq; Sullam maximè timeret Nero, suadente Tigellimo, sexto die peruectis Massiliam percussorib⁹, ante metũ & rumorem interfectus est, cùm epulandi causa discumberet. Relatum caput eius illusit Nero, tanquam præmatura canicie deforme.

C. Sue. in Clau. cap. 27. & Dio Ro. hist. lib. 60. A. V. C. 794.

a Ann. lib. 13. cap. 5.

b Sue. in Nero. cap. 13.

c Tac. Ann. li. 14. capite 16.

d Antoniam verò, Nero post mortem Poppææ vxoris eius, quasi molitricem nouarum rerum, interemit: eò quòd suas nuptias recusasset.

d Su.. in Nero. capite 35.

VALER. MESSALINA V. VXOR CLAVDII IMPERATORIS.



Valeriæ Messalinæ
T. Claudij Imp. August.
conjugi impudicißimæ.

VALE-



Aleria Messalina, quinta vxor Imperat. Claudij, M. Valerij Barbati Messalæ, consobrini Claudij, & *a* Lepidæ filia. Hæc Claudio duos peperit liberos, filium C. Germanicum, postea Britannicum (ob patris victoriam Britannicam) dictum, qui postea à Nerone *b* interfectus est: & filiam *c* Octauiam, quæ fuit vxor Neronis.

C. Sue. in Clau. capit. 27.
a de qua p. 130.
b Iose. de anti. lib. 20. cap. 5.
c de qua p. 112.

d Hæc Messalina, *e* extremæ libidinis ac impudicitiæ fœmina erat, primò clam, mox passim quasi jure adulterijs vtebatur. Ex quo facto plures metu abstinentes, extincti sunt: & ita liberti eius potestatem summam adepti, stupris, exilio, cæde, proscriptionibus omnia fœdabant. Claudium ad cædes exercendas instigauit. Nam si quem vellet occidere, metum Claudio incutiebat, atq; ità potestatem ab eo agendi, pro arbitrio suo accipiebat. C. Appium Silanum hominem nobilissimum, Hispaniæ præfectum, quòd cōcubitum Messalinæ recusasset, post subitò interfecit. *f* Proinde Messalina & libertorum Claudij Narcissus, ita non modò jus ciuitatis, exercituumque regendorum & procurationnm, ac præfecturarum officia vendebat: sed reliquarum etiam omnium institutam exercebat, vt venales omnes res magno jam pretio essent, adeò, vt Claudius coactus fuerit pretio judicare. Interim Messalina, cùm ipsa libidinosè viuebat, tum alias mulieres ad impudicitiam cogebat, multasq; in ipso palatio, in conspectu ac præsentia maritorum, adulteria vt committerent, adegit: qui ipsi in ea re obsequebantur, eos honoribus ac magistratibus ornabat: qui verò se in id flagitij nō demittebant, eos odio habebat, ac exitium afferebat.

d Aur. Vict. in vita Claudij.
e Dio Ro. hist. 60. A. V. C. 795.
Messalina impudicitia.
f idem Dio A. V. C. 796.

Hæc tot & tanta scelera diu Claudium latuerunt, cui ancillas Messalina componebat thoro, ac eos qui per indicium aliquid deferre possent, beneficijs aut supplicijs præuertebat: ita Catonium militibus Prætorianis præfectum, cum Claudio aperire

a de qua p. 60. rire quippiam flagitij vellet nece præuenit *a* Iuliam quoque filiã Drusi, è Tiberio nati, quæ vxor Neronis Germanici filij, fuerat, æmulatione ducta, ac alteram *b* Iuliam Germanici filiam, interfecit. Dio quoque refert, hanc nimio cuiusdam Mnesteris amore flagrasse: cum autem eum nullo modo neque pollicitis neque nimis ad concubitum pellicere posset, cum marito locuta est, petens ut sibi eum parere cogeret, quasi alia in re eius indigens: itaque cum Claudius ei mandasset, vt Messalinæ in omnibus quæ jussisset, morem gereret, coijt cum ea Mnester, quasi id quoque ab eo jussus.

b Dio A.V.C. 756. in ipso fine.

Messalinæ quomodo Mnesteris concubitu petita.

Eodem modo permultis cum aliis egit Messalina, ita adulteria perpetrans, quasi conscio & permittente Claudio.

c Dio Ro. hist. lib. 60. A.V.C. 796.

c Hoc tempore, cum Cajus Caligulæ memoriam ægrè ferret, omnia ærea numismata quæ eius imaginem haberent, conflari jussa sunt: id quidem factum, non tamen æs in meliorem usum conuersum, quia Messalina ex eo Mnesteris histrionis statuas fecit.

d idē A.V.C. 799.

d M. Vinicius, Iuliæ maritus, indignante Messalina, quod coitum suum recusasset, veneno necatus est.

e lib. 10. ca. 63.

e Plinius scribens de coitu: Messalina Claudij Cæsaris coniunx hanc regalem existimans palmam, elegit in id certamen nobilissimam è prostitutis ancillam mercenariæ stipis, eamque die ac nocte superauit quinto ac vicesimo concubitu. *f* Item, Vectius Valens, adulterio Messalinæ Claudij Cæsaris nobilitatus fuisse.

f idē li. 29. c. 1.

g Satiro. lib. 2. Satir. 6.

g Iuuenalis, sic Messalinæ meminit.

Claudius audi
Quæ tulerit: Dormire virum cùm senserat vxor,
Aula palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos,
Linquebat comite ancilla non ampliùs vna:
Et nigrum flauo crinem abscondente galero,
Intrauit calidum veteri centone lupanar:
Et cellam vacuam, atq; suam: tunc nuda papillis

Constitit auratis, titulum mentita Lycisca,
Ostenditq́; tuum generose Britannica ventrem.
Excepit blanda intranteis, atque æra poposcit:
Mox lenone suas iam demittente puellas,
Tristis abit: sed quod potuit, tamen vltima cellam
Clausit, adhuc ardens rigidæ tentigine vuluæ,
Ac resupina iacens multorum absorbuit ictus,
Et lassata viris, nondum satiata recessit,
Obscurisq́; genis turpis, fumoq́; lucernæ,
Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.

Et Dio: Messalina verò, adulterijs & stupris non contenta, (jã enim etiã in Lupãari, in palatio sese, & alias primarias fœminas prostituebat) maritos quoq; simul multos, scilicet lege quadam habere cupiuit. Ideò C. Silio *a* nupsit, regiamq́; ei donauit, pretiosissimis quibusq; Claudij rebus in eam congestis, denique Consulem eum designauit. *Ro. hist. lib. 60. A.V.C. 800.* *a de his illicitis nuptijs, lege C. Tac. Ann. lib. 11. capi. 9.*

Hæc omnibus audita visaque, solus Claudius ignorabat. Quippe rei frumentariæ ostiam iuerat: Messalina verò, relicta Romæ simulatione morbi, magnum conuiuium instruxerat, in eoq; summa cum libidine luxuriata fuerat. Narcissus Claudio, ab ea sejuncto pellicum ministerio omnem rem aperit. Ergò reuersus in vrbem Claudius, Mnesterem & multos alios trucidauit, ipsamq́; deinde Messalinam. Tacitus ait: *b* Silium admotum tribunali non defensionem tentauisse, sed precatum vt mors accelaretur. Mnester cum alijs multis tribunali admotus, Claudium orauit, vt reminisceretur vocis, qua se obnoxium jussis Messalinæ dedisset: dilaniataq; veste clamitans, aspicerent verberum notas: Alijs largitione aut spei magnitudine, sibi ex necessitate culpam. Commotum his & pronum ad misericordiam Cæsarem, perpulêre liberti, ne tot *c* illustribus viris interfectis, histrioni consuleretur. *b Ann. lib. 11. in ipso fine c. 11.* *c qui cum Messalina adulterabant.*


Ipſam Meſſalinā verò in horto Luculli, cum matre Lepida fuiſſe, quæ ſuaſerat ne percuſſorē operiretur, verum fruſtra, quia animo per libidines corupto, nihil honeſtū inerat. Tum impetu venientium pulſæ fores, aſtitit tribunus per ſilentium. Tunc fortunam ſuam introſpexit, ferrumq; accepit, quod fruſtra jugulo ac pectori per trepidationem admouens, ictu tribuni trāſfigitur. Nomen & effigies ipſius priuatis publicisq; locis demolita fuerunt.

a Sue. in Clau. cap. 39.

a Obliuionem Claudij mirati ſunt multi: nam occiſa Meſſalina, paulo poſt quàm in triclinio decubuit, cur Domina non veniret, requiſiuit.

OCTA-

OCTAVIA, CLAVDII IMP. ET MESSALINÆ FILIA.



Hæc Octauia, Claudij Imperatoris ex Meßalina filia, Neronis postea Imperatoris vxor fuit. De qua infrà.

AGRIPPINA, VIDVA GN. DOMITII CLAVDII IMP. VI. VXOR.



AGRIP-


Grippina, *a* Germanici & Agrippinæ filia, ſoror C. Caligulæ, vxor Gn. Domitij Aenobarbi, & Claudij Imperatoris,in oppido *b* Vbiorum genita fuit, quo poſtea Coloniam deduci imperauit: cui loco nomen (Colonia Agrippina) inditum, ex vocabulo ipſius. *a de quo p. 61.* *b C.Ta. Ann, lib.12.capite.7.*

c A Tiberio auo adoptiuo, Gn. Domitio Aenobarbæ data fuit, & in vrbe celebrari nuptias juſſa. In Domitio, ſuper vetuſtatem generis, propinquum Cæſaribus ſauguinem dilexerat, nam is auiam *d* Octauiam, & per eam Auguſtum auunculum præferebat.Huic Gn.Domitio,Agrip.vnicũ filiũ *e* Nero.poſtea Imp.peperit *f* prædictũ Agrippinæ fuit, ipſum regnaturũ eſſe, & matrẽ necaturum:atqui illa exclamauit: *c idẽ li.4.c.16.* *d de qua p.24.* *e Suet.in Nero. cap.5.* *f C.Tac.Ann. lib.14.cap.3. & Xiph.è Dio.*

Me verò, inquit, occidat, dum imperet. *Inſanum reſponſum Agrippinæ.*

Cum hac *g* C. Caligula eius frater, vt cum alijs ſuis ſororibus, ſtuprum fecit, tamen hanc non tanta cupiditate dilexit, vt Druſillam ſororem. *h* Lepidum enim Druſillæ Caligulæ ſororis, maritum, cum quo mutui ſtupri conſuetudinem fecerat, qui cum hac Agrippina etiam ac Liuilla,rem poſt Cajum habuit, Cajus interfici juſſit. Sorores ſuas, quòd cum eo coijſſent, in Pontias Inſulas relegauit, cùm multæ eas impietatis ac libidinis apud ſenatum per literas accuſaſſet. Agrippinæ quoque oſſa eius Lepidi, in vrna dedit,juſſitq; vt ea in ſinu per omnem viam Romanam vſque deferret. A quo exilio à Claudio reductæ ſunt. *i* Lubricitatem ſuam Agrippina contineri non potuit,morte Domitij vidua facta, adhuc necdum Cœlibem Galbam, adeò omnibus ſollicitauerat modis,vt inter conuentem matronarum correptã jurgio, atq;etiam manu pulſata ſit à matre Lepida. *g Suet.in Cali. cap.24.* *h Dio.Ro.hiſt, lib.59. A.V.C. 792.* *i Sue. in Galb. cap.5.*

Poſtea *k* Paſſieno Criſpo, bis conſuli & oratori nupta fuit. *l* Poſt cuius mortem, & cædem Meſſalinæ, Claudius Imper. *k Pli.li.16.ca 44.& Lipſ.Co. in Tac. lib.12. pa.200. & Sue. in Ner. cap.6.* *l Tac.li.12.c.1.*

a Sue. in Clau. cap. 26. & idẽ cap. 39.

eam (contra fas, vt dicit Suetonius) a in vxorem duxit. Ipse verò illecebris istius Agrippinæ, Germanici fratris sui, filiæ, per jus osculi, & blanditiarũ occasiones, pellectus in amorẽ fuit: subornauitq; Claud. proximo senatu, qui censerẽt cogendum se ad ducendũ eam vxorem, quasi reip. maximè interesset: dandamque ceteris veniam talium conjugiorum, quæ ad id tempus incesta habebantur. Ac vix vno interposito die, confecit nuptias, non repertis qui sequerentur exemplum, excepto libertino quodam, & altero primipilari. b Sed impudicitia ne sic quidem, ab Agrippina absfuit, Pallante liberto adultero, ne quis ambigat, decus pudorem, corpus, cuncta regno viliora habebat. c Postea authoritate Pallantis festinauit adoptionem Dom. Neronis, nam is Pallas obstrictus Agrippinæ, vt conciliator nuptiarum, & mox stupro eius illigatus, stimulabat Claudium ad d adsciscendum in nomen familiæ Neronem, quasi parùm reprehenderetur, quòd adulto jam filio, priuignum adoptaret. e Virili toga Neroni maturata Claudius libens cessit, vt 20. ætatis anno consulatum Nero iniret: Britanicus Claudij filius in prætexta, Nero triumphali veste transuecti sunt, quasi in omen vtriusq; fortunæ. Tali occasione obuij inter se, Nero Britannicum nomine, ille Domitium salutauêre. Quod vt discordiæ initium fuit. Hæc Agrippina Claudij principis, edente eo naualis prælij spectaculum, assidente ei induta paludamento auro textili sine alia materia fuit.

Incestum Claudij, nam Agrippi. erat Germanici, ipsius fratris, filia.
b Tac. li. 12. capite 13.
c idem cao. 7. et Sue. in Clau. cap. 27.
Stuprum Agrippinæ.
d Sue. cap. 39.
e Id. Tac. c. 9.
Plin. lib. 33. c. 3.

f Tac. l. 12. c. 6.
g Idem lib. 13. in initio.

Per dolum Agrippinæ, Lollia, f Iulius Silanus proconsul Asiæ, g Narcissus Claudij libertus: & ipsemet Claudius Imperator necati sunt.

h Sue. in Clau. cap. 43. 44.

h Sub exitum vitæ, signa pœnitentis de matrimonio Agrippinæ, deque Neronis adoptione Claudius dederat.

Sed

Sed priusquam vltra progrederetur, præuentus ab Agrippina *a* veneno occisus est. *b* Plinius, Suetonius, & Tacitus consentiunt, Agrippinam Imperatorem boleto veneno parato, peremisse.

a Iosep. de ant. lib. 20. cap. 5.
b li. 22. ca. 22. Sue. in Ner. 33. Tac. li. 12. c. 13.

c Nero autem imperium adeptus, matri Agrippinæ summam omnium rerum publicarum, priuatarumq; permisit. *d* Ipsa administrabat omnia, respondebat legatis, literasq; ad populos, & principes & reges mittebat.

c Sue. in Nero. cap. 9.
d Xiphil. è Dione in vit. Ner.

e Neronem matris concubitum appetijsse, & ab obtrectatoribus eius, ne ferox & impotens mulier, & hoc genere gratiæ præualere deterritum nemo dubitauit: vtiq; postquam meretricem, quam fama erat Agrippinæ simillimam, inter concubinas recepit.

e idem cap. 28.

Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum incestè, ac maculis vestis proditum affirmant.

f Tradit Cluuius ardore retinendæ Agrippinam potentiæ eo vsque prouectam, vt medio diei, cùm id temporis Nero per vinum & epulas incalesceret, offerret se sæpius temulento comtam, & incesto paratam, iamque lasciua oscula, prænũcias flagitij blanditias, annotantibus proximis.

f Tac. l. 14. c. 1.

Fabius Rusticus, non Agrippinæ sed Neroni cupitum, id memorat.

Sed quæ Cluuius, eadem cæteri quoque authores prodidêre. Et fama huc inclinat; seu credibilior nouæ libidinis meditatio in ea visa est, quæ puellaribus annis stuprum cum Lepido spe dominationis admiserat, pari cupidine vsq; ad libita Pallantis prouoluta & exercita ad omne flagitium patrui nuptijs. Igitur Nero vitare secretos eius congressus: Postremò eam interficere constituit.

Et

a Sue. in Nero. cap. 34.

a Et cùm veneno ter tentasset, sentiretque antidotis præmunitam: lacunaria, quæ noctu super dormientem luxata machina deciderent, parauit. Hoc consilio per conscios parùm cælato, solutilem nauem, commentus est; sed vt diuersa omnia, nandoq; euasisse eam comperit, inops consilij, *b* Anicetum vnà cum nautis, aduersum matrem ire jubet, & eam occidi jussit. *c* Anicetus refracta janua, ad fores cubiculi venit, inerat modicum lumen, & ancillarum vna: qua abeunte, Tu quoq; me deseris, prolocuta, respexit Anicetum, sed prior Trierarchus fusti caput eius Agrippinæ afflixit. Nam in mortem centurioni ferrum distringenti, protendens vterum, ventrem feriri, exclamauit: multisq; vulneribus confecta est. Ac Dio: *d* eam de lecto desiluisse, & discissa veste denudataq; aluo, clamasse:

b Xiphi. è Dio. in vita Neron.

c Tac. Ann. li. 14. cap. 3.

d Xiphi. è Dio. in vita Neron.

Hanc tu percute, Anicete, percute, quoniam peperit Neronem.

e Sue. in Nero. cap. 34.

e Adduntur his atrociora, nec incertis authoribus, ad visendum interfectæ cadauer, accurrisse Neronem, contrectasse membra, alia vituperasse, alia laudasse, sitiq; interim oborta, bibisse. *f* Ac Dio: Nero eam cupiuit videre, & denudatam penitùs conspexit, tum vulnera eius contemplatus; Nesciebam, inquit, me tam pulchram matrem habere. Cremata est nocte eadē, conuiuali lecto, & exequijs vilibus. Neque dum Nero rerū potiatur, congesta aut clauso humo. Accenso rogo, libertus eius, cognomento Mnester, ipse ferro se transegit, incertum caritate in patronam, an metu exitij.

f Xiphil. idem.


C. Tac. Ann. li. 12. cap. 9.

Hanc Agrippinā, Imperatoris natam, sororem, conjugē, & matrem fuisse, vnicum ad hunc diem, exemplum est.

FINIS CLAVDII.

C. DOMI-

G. DOMITIVS ET A-GRIPPINA PATER ET MATER NERONIS IMP.



C. Sue. in vita Neron. capi. 4. a de quibus pag. 29.



N. Domitius (Lucij a Domitij Aenobarbi, & Antoniæ majoris, filius) pater Neronis, vir ſceleſtiſſimus & omni parte vitæ deteſtabilis fuit. Siquidem comes ad Orientem C. Cæſaris juuenis, occidit libertum ſuum, quòd potare quantum jubebatur, recuſaret: demiſſus è cohorte amicorum, nihilo modeſtius vixit. Sed & in viæ Appiæ vico repentè puerum citatis jumentis, haud ignarus obtriuit: & Romæ medio fore cuidam equiti R. liberius jurganti oculum eruit: perfidiæ verò tantæ, vt non modo argentarios pretijs rerum coëmtarum, ſed & in prætura mercede palmarum aurigarios fraudauit.

Plin. li. 141. c. 3.


Dum judex eſſet pronunciauit mulierem videri plus vini bibiſſe, quam valetudinis cauſa, viro inſciente, ac dote mulctauit. b Notatus ob hæc & ſororis joco, quærentibus dominis factionum repræſentanda præmia in poſterum ſanxit. Majeſtatis quoque & adulteriorum, inceſtique cum ſorore Lepida ſub exceſſum Tiberij reus, mutatione temporum euaſit: deceſſitq; Pyrgis morbo aquæ intercutis.

b Sue, vt ſupr.

Ex Agrippina Germanici filia vnicum habuit filium, de quo prædixit: Non enim, inquit, fieri vllo modo poteſt, vt ex me, & illa, vir bonus naſcatur.

D. NERO

D. NERO VI. ROM. IMP. ADEPTVS EST IMP. ANNO CHRISTI LVII.



Xiphil. è Dion. Suet. in Neron. cap. 5.
a Plin. l. 7. c. 8.
b 6.



Omitius Nero, ſextus Rom. Imp. Gn. Domitij Neronis & Agrippinæ Germanici filiæ, filius, *a* pedibus genitum ipſum fuiſſe, parens eius ipſamet Agrippina ſcribit. Trimulus patrem amiſit. *b* Apud Lepidam amitam, ſub duobus pædagogis Saltatore & Tonſore, eſt educatus. *c* Vndecimo ætatis anno à Claudio adoptatus, Annæoque Senecæ ſenatori in diſciplinam traditus. Mortuo Claudio *d* 17. ætatis anno Imperator factus eſt. Hinc C. Claudium apertiſſimo funere laudauit, eumque in Deorum numerum referri præcepit. *e* Matri ſummam rerum commendauit. Primum quinquennium ita geſſit, vt omnes principes libertate, clementia, comitate, beneuolentia ſuperaret: *f* adeo vt Trajanus dicere ſolebat: procul diſtare cunctos principis à Neronis quinquennio. *g* Cùm de ſupplicio cujuſdam capitis damnati ageretur, & vt ſubſcriberet libello ſupplicij deputati admoneretur, chartam inuitus accipiens, dixit: *Quam vellem neſcire literas.*

c 7. *d 8.* *e 9.* *f Aur. Vict. in vita Neronis.* *g 10.*

Quæ vox Senecam commouit, vt librum de clementia Neronis ſcriberet. Prauos mores emendauit, multas leges bonas tulit: ſumptibus ſuperfluis modum adhibuit. Inuentum eius eſt decoquere aquam, vitroq; demiſſam in niueis refrigerare. *h* Ianuam bis clauſit, conſulatus quatuor geſſit. Pontum in prouinciæ formam redegit. *i* Chriſtianos ſupplicijs afflixit. Eo namque dedecore reliquum vitæ egit, vt pudeat memorare. *k* Nam & Caligulam malis moribus ac crudelitate longè ſuperauit. Et imperatoriæ dignitatis oblitus, eò progreſſus eſt, vt in Scenam prodire perſonatus concupierit, & in *l* Theatro publicè cantauerit. *m* Flagrauit aurigandi & cytharizandi ſtudio. *n* Petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiam & crudelitatem exercuit. Magicæ arti deditus fuit. Poſt crepuſculum ſtatim popinas inibat: circumq; vicos vagabatur ludibundus, *o* ac ſæpe cum vitæ periculo: nam à quodam, cuius vxorem attrectauerat, propè ad necem

Pli. lib. 31. ca. 3. *h 14.* *i 16.* *k Xiph. è Dion. in vita Neron.* *l 20. 21.* *m 22.* *n 26.* *Plin. li. 30. c. 20.* *o idè l. 13. c. 22.*

necem cæsus fuit. Dio *a* id à Iulio Montano senatore vxoris causa factum fuisse, ait. Pelle tectus feræ, vtriq; sexui genitalia vultu contractabat: Inter cœtus ganeorum atq; scortorum nudus saltauit. *b* Pueris abusus & nuptis. Virgini vestali Rubriæ vim intulit. *c* Mortua Sabina, Sporo puero liberto exsecari jussit, quòd Sabinæ simillim⁹ erat, eum etiam in vxorem duxit, ornamentis muliebrib. excultum. *d* Et sicut ipsi Spor⁹, ita ipse nupsit Doryphoro liberto. Tam prodigus fuit Nero, vt nullam vestem bis indueret, piscatus est reti aurea, purpura funibus nexis. Nunquam carrucis minus mille fecisse iter, traditur, soleis mularum argenteis. Magnam exercuit sæuitiam in Christianos. Nero tanta erat petulantia, vt aqua in Amphitheatrum deducta, bellum nauale confecerit, & publicè sumptuosam cœnam dederit. In medio Amphitheatro, & in aqua posita erant magna vasa vinaria, & super ea tabulæ fixæ: circumerant vndique tabernæ & diuersoria ædificata. Nero & Tigellinus præfectus huic cœnæ, cum conuiuis suis, medium locum tenebant, ac in tapetis epulabantur. cæteri in tabernis lætitiam capiebant, intrabantq; lupanaria, & cum omnibus mulieribus, quæ tum ibi consederant, palàm rem habebant & impudenter. Aderant autem pulcherrimæ & clarissimæ ancillæ, liberæ, scortæ, virgines, vxores multorum ciuium, non solum plebeiæ, sed etiam nobilissimæ, & puellæ & mulieres: poterat quisq; ea, quam cuperet, potiri: negare licebat nemini. Tum enim seruus cum Domina, præsente domino suo, & gladiator cum virgine nobili, inspectante patre rem habuerunt. Inde grauissimæ altercationes, vulnera, tumultus, quibus ex causis multi homines mortui, multæ mulieres suffocatæ, multæ raptæ sunt.

a Xiph. è Dion. in vita Neron.
b Suet. cap. 28.
c idem Xiphil.
d 29.
cap. 30.
Xiph. è Dion. in Neronem.

e Agrippinam matrem inceſtauit, & postea interemit: sed nunquam postea tanti sceleris conscientiam ferre potuit, sæpe confessus, exagitari se materna specie, verberibus furiarum, ac

e 34.

tedis ardentibus. Lepidam amitam etiam interfici curauit, eiusque bona diripuit. *a* Britannicum filium Imp. Claudij secum cœnantem præparato veneno, è medio sustulit. Senecam & Burrhum præceptores interemit, libertos, senes multos veneno occidit.

a Suet. cap. 33.

b Octauiam Poppæam & Statiliam, in matrimonium duxit, viris earum trucidatis. *c* Vrbem ipsam incendit, durauitque incendium sex diebus, & noctibus septem, quod è turri Mecœnatiana prospiciens, scenico habitu, Trojanum incendium decantauit. Cum jam *d* Galli & *e* Hispani defecissent, & audisset Galbam Imperatorem ab exercitu salutatum, mensam subuertit, ac semimortuus humi cecidit, atque resipuit, veste desciſſa, actum de se pronunciauit. *f* Semet ictu gladij transegit, adjuuante trepidantem manum eunucho Sporo: nullo prius reperto, à quo feriretur, exclamauit:

b 35.
c 38.
d 40. e 42.
f 49.

g *Itane ne amicum habeo, nec inimicum? dedecorose vixi, turpius peream.*

g Aur. Vict. in vita Neron. Suet. cap. 47.

Perijt anno ætatis 32. imperij 13. eo ipso die, quo vxorem Octauiam interemerat.


h Vltimus ex familia Iulia fuit Imperator. Inde populus hunc versum, vt ferè Sybillinum, canere cepit:

h Xiph. è Dion. in vita Neron. et Sue. in Otho. cap. 1.

Vltimus Æneadum matrem necat Induperator.

OCTAVIA

OCTAVIA, I. V. XOR NERONIS.



C.Suet.in Nero. c.1.7.& in Clau. cap.5.
a de qua p.113.
b Tac. Ann. li. 12.ca.1.& Dio. Ro. hist. lib.60. A.V.C.794.



OCTauia, prima vxor Neronis, nondum Cæsaris, Claudio & *a* Messalinæ nata, antequam pater imperium adeptus erat. Primò à patre *b* L. Iunio Silano desponsata fuit, quem iuuenem Claudius insigni triumphali, & gladiatorij muneris magnificentia protulerat ad studia vulgi. Sed pactum inter Claudium & Agrippinam matrimonium, nuptias Domitij Neronis, quē ex Gn. Aenobarbo genuerat, & Octauiæ Claudij filiæ, moliri cepit: quod etsi scelere perpetrari non poterat, *c* tamen Nero 16. annos natus Octauiam in matrimonium accepit. Fratrem eius *d* Britannicum, veneno, secum cœnantem, è medio sustulit: quod Octauia, quamuis rudibus annis, dolorem, charitatem & omnes affectus abscondere didicerat.

c Dio idem A. V.C.806, Tac. hist.li.12. cap.12.& Iose. Antiq.l.20.c.5.
d idem Dio V. C.808.
e Suet. in Nero. cap.35.

e Octauiæ consuetudinem Nero citò aspernatus, corripientibus amicis, sufficere illi debere respondit vxoria ornamenta.

f Tac. Ann. li. 14.ca.17.& 18. in fine libri.

Eandem mox sæpè strangulare frustra meditatus est. *f* Ac vbi cuncta scelerum, à se factis, pro egregijs, à senatu, Nero accipi vidit, exturbauit Octauiam, sterilem dictitans. Exin Poppææ conjungitur.

Ea diu pellex & adulteri Neronis, mox mariti potens: quēdam ex ministris Octauiæ impulit, seruilem ei amorem obijcere: destinaturq́; reus cognomento Eucerus, natione Alexandrinus, canere tibijs doctus.

Actæ ob id de ancillis quæstiones, & vi tormentorum victis quibusdam, vt falsa annuerent, plures perstitêre, sanctitatem dominæ tueri: ex quibus vna instanti Tigellino respondit: castiora esse muliebria Octauiæ, quàm os eius.

Monetur tamen primò ciuilis dissidij specie: domumque Burrhi, & prædia Plauti, infausta dona accepit. Mox in Campaniam pulsa est, addita militari custodia.

Inde

Inde crebri queſtus nec occulti per vulgus, cui minor ſapientia, & ea mediocritate fortunæ, pauciora pericula ſunt. His haud quaquam Nerone ad pœnitentiam flagitij permoto, conjugem reuocauit Octauiam.

Poſtea Nero, incitante Poppæa, confeſſionem alicuius quærebat, cui rerum quoq; nouatum crimen affingeretur. Et viſus idoneus maternæ necis patrator *a* Anicetus, claſſi apud Miſenum præfectus. *a de quo pagina 120.*

Igitur accitum eum Cæſar, operæ prioris admonet. Solum incolumitati principis aduerſus inſidiantem matrem ſubueniſſe: locum haud minoris gratia inſtare, ſi conjugem infenſam depelleret. Nec manu aut telo opus.

Fatetur Octauiæ adulterium, ille conſentit: plura etiam quàm juſſus erat, fingit, fateturque apud amicos: Tum in Sardiniam pellitur, Inſulaque Pendateria Octauiam claudit. Non alia exul viſentium oculos majore miſericordia affecit.

Huic primus nuptiarum dies loco funeris fuit, deducta in domum, in qua nihil niſi luctuoſum haberet, erepto per venenum patre, & ſtatim fratre.

Tum ancilla domina validior: Et Poppæa non niſi in perniciem vxoris nupta. Poſtremò crimen omni exitio grauius.

Ac puella viceſimo ætatis anno, inter centuriones & milites, præſagio malorum jam à vita exemta, nondum tamen morte acquieſcebat.

Paucis dehinc interjectis diebus, mori jubetur: cùm jam

S viduam

viduam ſe & tantum ſororem teſtaretur, communeq; Germanici & poſtremò Agrippinæ nomen ejeraret.

Octauia mors. Reſtringitur vinculis, venæque eius per omnes artus exſoluuntur, & quia preſſus pauore, ſanguis tardius labebatur, præferuidi balnei vapore enecatur.

Additurque atrocior ſæuitia, quod caput amputatum latumque in vrbem, Poppæa vidit.

POPPÆA

POPPAEA SABINA II. VXOR NERONIS IMPERATORIS.



C. Tac. Ann. lib. 13. cap. 11.



Oppæa Sabina, secunda vxor Neronis Imperatoris, Titi Ollij filia, sed nomen aui materni sumpsit, illustri memoria Poppæi Sabini consulari & triumphali decore præfulgentis. Ollium honoribus nondum functum (Suetonius *a* tamen Quæstorium eum fuisse, ait.) Huic mulieri cuncta alia fuêre, præter honestum animum. Quippe mater eius ætatis suæ fœminas pulchritudine supergressa, gloriam pariter & formam dederat. Opes claritudini generis sufficiebant. Sermo comis, nec absurdum ingenium modestiam præferre & lasciuia vti. Rarus in publicum egressus, Idq; velata parte oris, ne satiaret aspectum, vel quia sic decebat. Famæ nunquam pepercit, maritos & adulteros non distinguens: neque affectui suo, aut alieno obnoxia. Vnde vtilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat.

a in Neron. cap. 35.

Igitur agentem eam in matrimonio Rufi Crispini, equitis Romani, ex quo filium genuerat: *b* Otho pellexit juuenta ac luxu, & quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur. Nec mora, quin adulterio matrimonium jungeretur.

b postea Imperat.

Otho amore incantus, laudare formam elegantiamq; vxoris apud principem cepit. Qui accepto aditu, Poppæa primùm per blandimenta & artes labascere, imparem cupidini se, & forma Neronis captam simulans: mox acri jam principis amore, ad superbiam vertens, si vltra vnam atq; alteram noctem attineretur, nuptam esse se dictitans, nec posse matrimonium amittere, deuinctam Othoni per genus vitæ, quod nemo adæquaret. Illum animo & cultu magnificum, se summa fortuna dignam videri.

At Neronem pellice ancilla, & assuetudine Actes deuinctum, nil è contubernio seruili, nisi abjectum & sordidum traxisse. Deijcitur familiaritate sueta, post congressu & comitatu Otho: & postremò ne in vrbe æmulus ageret, prouinciæ Lusi-

taniæ

taniæ præficitur. Suetonius *a* ait: Othonem riualem quidem Neronem æquo tulisse animo.

a in Othone cap.3.

Sed missos ad arcessendam non modo non recepisse, sed ipsum Neronem etiam exclusisse, quondam pro foribus astantem, miscentemq; frustra minas & preces, ac depositum reposcentem. Quam ob causam in Lusitaniam missus est, vt enotuerit hoc distichon:

Cur Otho mentito sit quæritis exul honore?
Vxoris mœchus ceperat esse suæ.

Dio *b* quoque, Othonem & Neronem cum ea pariter rem habuisse testatur.

b Xiph. è Dio. in Neron.

Plutarchus *c* ait: æmulationem inter aos esse ortam, & eam Poppææ non ingratam fuisse: nam & absente Othone Neronem exclusit: siue vt satietati voluptatis præueniret, siue à nuptijs Cæsarianis abhorrens.

c in vita Galbæ.

d Nero autem flagrantior indies amore Poppææ, quæ sibi matrimonium & dissidium Octauiæ incolumi Agrippina haud sperans, crebris criminationibus aliquando per facetias. Incusare principem & pupillum vocare, qui jussis alienis obnoxius, non modo imperij, sed libertatis etiam indigeret.

d Tac. Ann. l. 14. in ipso initio cap.1.

Cur enim differri nuptias suas? formam scilicet displicere & triumphales auos? Quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, reddatur ipsa Othonis conjugio.

Hæc atque talia lacrymis & arte adulteræ, penetrantia incitabant Neronem: & matrem interficere constituit, quod breue factum.

e Postea exturbata Octauia, Poppææ conjungitur: Ea diu

e idem cap.17. quasi in fine libri.

pellex, & adulteri Neronis, mox mariti potens. Sed reuocata Octauia, Poppæa semper odio tum & metu atrox, prouoluta genibus, Neroni ait: Non eo loci res suas agi, vt de matrimonio certet (quamuis id sibi vita potius) sed vitam ipsam in extremum adductam, à clientelis & seruitijs Octauiæ. Varius sermo, & ad metum atque iram accommodatus, terruit simul audientem & accendit, & *a* Octauiam quoque necari iussit. Et sic Nero propter Poppææ nuptias, vxori, sorori matriq; necem intulit.

a de qua p.127. Plutarchus in vita Galbæ.

b Natam sibi postea ex Poppæa filiam, Nero vltra mortale gaudium accepit, appellauitq; *c* Claudiam Augustam, dato & Poppææ eodem cognomento. *d* Hæc Poppæa à Dione Sabina dicta, adeo delicatè vixit, vt (nam hoc vno breuiter cognitio res manifesta erit) mulas quibus agebatur, haberet aureis funibus subligatas: (*e* & jumentis suis soleas ex auro induere solebat.) & quingentæ asinæ, quæ proximè peperissent, quotidie mulgerentur, vt ipsa earum lacte *f* lauaretur. Formam enim & nitorem corporis magno studio curabat.

b Tac. Ann. li. 15. cap. 6.
c Sue. in Nero. cap. 35.
d Xiph. è Dio. in Nerone.
e Pli. l. 33. c. 11.
f idē l. 28. c. 12. & li. 11. cap. 4.

Nam cum aliquando se non satis bona forma in speculo cerneret, mori prius, quàm senesceret, optauit. Plutarchus *g* narrat: Neronem vsq; adeo deperisse Poppæam, vt cum illa haberet flauos crines, carmina heroica in laudem pilorum eius componeret, atq; adeo ipse omnes numeraret, curaretq; illi confici pectinem aureum, & si fortè pilus excidisset auro includeret, & in templo capiti Iunonis imponeret.

g de rebus gestis mulierum. & Pli. l. 37. c. 3.

h Poppæa mortem obijt, fortuita mariti, à quo grauida ictu calcis afflicta est: *i* quod se ex aurigatione serò reuersum, ægra conuicijs incesserat.

h Tac. lib. 16. ferè in ipsius initio.
i in Nero. c. 35.

Neque

Neque enim venenum crediderim, quamuis quidam ſcriptores tradant, odio magis quàm ex fide. Quippe liberorum cupiens, & amori vxoris obnoxius erat.

Corpus non igni abolitum, vt Romanus mos: ſed regum externorum more differtum odoribus conditum, tumuloq; Iuliorum illatum.

Ductæ tamen publicè exſequiæ, laudauitq; ipſe apud roſtra formam eius, & quod diuinæ infantis parens fuiſſet, aliaq; fortunæ munera pro virtutibus.

CLAVDIA

CLAVDIA AVGVSTA NERONIS ET POPPÆÆ FILIA.





Laudia *a* Augusta, Neronis Imperatoris ex Poppæa, filia, adhuc admodum infans mortua est. *b* Nascitur A.V.C.816. Memmio Regulo & Verginio Rufo Coss. Eam Nero vltra mortale gaudium accepit, appellauitq; Augustam, loc⁹ puerperio colonia Antium, vbi ipse generatus erat. Iam Senatus vterum Poppææ commendauerant Dijs, votaq; publicè susceperat: quæ multiplicata exsolutaq;. Et additæ supplicationes, templumq; foecunditati & certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum: vtq; fortunarum effigies aureæ in solio Capitolini Iouis collocarentur: ludicrum circense, vt Iuliæ genti apud Bouillas, ita Claudiæ Domitiæq; apud Antium, ederetur: quæ fluxa fuêre, quartum intra mensem defuncta infante.

a Suet. in Ner. capi. 35.
b Tac. Ann. l. lib. 15. cap. 6.

Rursusq; exortæ adulationes, censentium honorem Diuæ, & puluinar, ædemq; & sacerdotem. Atque ipse Nero, vt lætitiæ ita mœroris immodicus fuit.

T STATI-

STATILIA MESSALINA III. VXOR NERONIS IMPERAT.



STATILIA


Tatilia Messalina, tertia & vltima vxor Neronis Imperatoris, Stalij Tauri bis consulis ac triumphalis abneptis. Antea Attico Vestino consuli nupserat, quem Nero, vt ea potiretur, & sibi vxorem acciperet, trucidauit. Tacitus *a* narrat: Odij Neronis in Vestinum causam fuisse etiam ex intima sodalitate, dum hic ignauiam principis penitus cognitam despicit, ille ferociam animi metuit, sæpe asperis facetijs illusus, quæ vbi multum ex vero traxere, arcem sui memoriam relinquunt: Accesserat repens causa, quod Vestinus Statiliam Messalinam matrimonio sibi junxerat, haud nescius inter adulteros & Cæsarem esse: quapropter eundem Vestinum conuiuium celebrantem interfici jussit, sic illi abscinduntur venæ, vigens adhuc balneo infertur, calida aqua mersatur, nulla edita voce, qua semet miseraretur. *b* Ad hanc Messalinam Neronis, quam matrimonio destinauerat Otho post Imperator, codicillos exarauit, eique reliquias suas & memoriam commendauit. *c* Vixit Statilia annos nonaginta nouem.

Suet. in Neron. capi. 35.

a Ann. lib. 15. cap. 15. quasi in fine libri.

b Sue. in Otho. cap. 10.

c Pli. l. 7. c. 48.

FINIS NERONIS.

SER. SVLP. GALBA ET MVMMIA ACHAIA PATER ET MATER IMPERAT. GALBAE.



SERGIVS


Ergius Sulpitius Galba, pater Sergij Galbæ Imperatoris: Consulatu functus est, quàm breui corpore, atque etiam gibboso, modicæq; in dicendo facultatis, causas industria actitauit. Vxores habuit Mummiam Achaicam, ex quo ei proles. Item Liuiam Ocellinam, diuitem admodum & pulchram, à qua tamen nobilitatis causa appetitus vltro existimatur & aliquando enixius, postquam subinde instanti vitium corporis secreto posita veste detexit, ne quasi ignaram fallere videretur. *Suet. in Galb. cap. 3.*

Mummia Achaica, neptis Catuli, proneptis L. Mummij, qui *a* Corinthum excidit, ex hac Achaica, Serg. Sulp. Galba, Caium & Serdium procreauit. Quorum maior Caius attritis facultatibus vrbe cessit: prohibitusq; à Tiberto sortiri anno suo proconsulatum, voluntaria morte obijt. *Idem.* *a Pl. l. 34. c. 2.*

Serg. Galba autem, qui & Imperator factus, natus est prope Terracinam sinistrorum Fundos petentibus. Adoptatus fuit à nouerca sua.

SERGIVS GALBA VII. ROM. IMP. ADEPTVS EST IMP. ANNO CHRISTI LXX.





Ergius Galba, ſeptimus Romanorum Imperator, Sergij Sulp. Galbæ, & Mummiæ Achaiæ filius, natus Valerio Meſſala & Cn. Lentulo Coſs. *a* In adoleſcentia liberalibus diſciplinis, & juri operam dedit. *b* Honoribus ante legitimum tempus perfunctus eſt: Prætor ludos florales, & elephantos funambulos edidit.

Sueton. in vita Galb. cap. 3. et Plut. in vita Galba. et Tac. hiſt. l. 7.

a 5.
b 6.

Aquitanniæ præfuit. Mox conſulatum geſſit. Durus & ſeuerus in re militari, vt communi prouerbio diceretur:

Diſcite milites militare, Galba eſt non Getulus.

c In Africam biennio proconſulem egit. *d* Ornamenta triumphalia accepit. Sacerdotium triplex inter 15. viros obtinuit. Taraconenſis Hiſpania per 8. annos acerbitate rexit. *c 7.* *d 8. 9.*

e Quapropter poſtea Romæ à Libone trib. pleb. Galba pro roſtris vehementer increpatus eſt, quod Luſitanorum magnam manum, interpoſita fide, prætor in Hiſpania, interemiſſet. Reus pro ſe jam nihil recuſans, paruulos liberos ſuos, flens commendare cepit. *e Valer. Max. lib. 8. cap. 1.*

Miſericordia illi, reſpectu puerorum, data eſt. Poſtea parum ſubmiſſius ſe gerens, in deſidiam & ſegnitiem conuerſus eſt, ne quid materiæ Neroni præberet. Carthagine noua conuentum agens tumultuari Gallias comperit.

Nec diu cunctatus conditionem partim metu, partim ſpe recepit: nam & mandata Neronis de nece ſua deprehenderat: *f* Cùm autem ſalutatus eſſet Imperator, legatum ſe ſenatus ac P. R. profeſſus eſt. *f 10.*

A liberto Neronis fraude præparata penè interemtus eſt: *g* ſed ſuperuenientibus ab vrbe nuncijs, vt occiſum Neronem cognouit, depoſita legati, ſuſcepit Cæſaris appellationem. *g 11.*

Iterq;

Iterq; ingressus est paludatus, ac dependente à ceruice pugione ante pectus, nec prius vsum togæ recuperauit, quàm oppressis, qui nouas res moliebantur.

a de auaritia Galbæ lege eleganter cap-12. & 13. Suetonij.

a Cùm verò sæuitiæ ei9 ac auaritiæ præcessisset fama, quod ciuitates quasdam Hispaniarum Galliarumq; grauioribus tributis oppressisset, non admodum gratus fuit eius in vrbem aduentus.

b 14.

b Maiore fauore & authoritate adeptus est imperium quàm gessit: quanquam multa documenta egregij principis daret: sed nequaquam tam grata erant quàm inuisa, quæ secus fierent. Regebatur trium arbitrio.

c Cingo. Varro consul & Petr. Turp. Tac. hist. lib. 1. cap. 1.

d 15. et Tac. hist. l. 1. cap. 3. erant 55. million. aureæ.

Quosdam *c* claros viros inauditos condemnauit. *d* Liberalitates Neronis non plus decimis concessis, reuocandas curauit.

e 16.

At contra, nihil non per comites, atque libertos prætio addici, aut donari gratia passus est. *e* Per hæc prope vniuersis ordinibus offensis, vel præcipua flagrauit inuidia apud milites. Nam cum in verba eius absentis jurantibus donatiuum grandius solito præpositi pronunciassent: rem ratam non habuit, & subinde jactauit:

Se legere militem non emere.

f Tac. l. 1, c. 2.

Sic milites exacerbauit, prætorianosq; indignitate commouit. *f* Sed maximè superioris Germanicæ exercitus. Et ob id rupere fidem, sacramentum militare, nisi in nomen Senatus, rejicientes, Imperatoremq; in Hispania factum palàm displicere conclamabant.

g 17.

g Quod vt nunciatum est, Pisonem Frugi Licinianum, nobilem juuenem adoptauit. Sed conspiratione facta, intra 6. adoptionis diem, *h* in foro Rom. jugulatus est, ad lacum Curtij,

h 20. & Tac. hist. lib. 1, cap. 8.

tij, ac relictus, donec gregarius miles à frumentatione rediens, abjecto onere, caput ei amputauit, quod ad Othonem delatum & hastæ suffixum, circum castra calonij portârunt.

Ab his Patrobius libertus, centum aureis redemit: Serò tandem dispensator Argius, & hoc & truncum in priuatis eius hortis sepulturæ dedit.

Homo cibo & potu, & libidine luxuriosissimus fuit, suæ rei parcus, publicæ auarus. *a* Manibus pedibusq; articulari morbo distortissimus: vt neque calceum perpeti, neque libellos euoluere, aut tenere omninò valeret. Perijt 73. ætatis anno imperij mense septimo. *a Sue. ca. 21.*

V LEPIDA

LEPIDA VXOR GALBÆ IMP.





Epida, Galbæ nondum Imp. vxor, Domitij Ahenobarbi & *a* Antoniæ maioris filia, Cn. Domitij patris Neronis soror: Etsic *b* amitam Neronis, apud quam ipse enutritus est, sub duobus pædagogis Saltatore & Tonsore. Primum *c* M. Valerio Barbato Messalæ, data est vxor, cui peperit *d* Messalinam: Quæ in conspectu matris Lepidæ à Tribuno transfixa est. Lepida postea vxor *e* Ap. Silani. Demum *f* Galbæ nondum Imperatoris vxor fuit: qua amissa & duobus ex ea filijs, ipse Galba in cœlibatu remansit. *g* frater ei9 Cn. Domitius, pater Neronis, sub excessu Tiberij reus factus est, adulteriorum, incestiq; cum hac Lepida sua sorore, perpetrati, sed mutatione temporum euasit. Tacitus: *h* Hæc Lepida *i* minore Antonia genita, auunculo August. & *k* Agrippina eius sobrina, ac *l* Gnei mariti eius soror, parem sibi claritudinē credebant, nec forma, ætas, opes multum distabant, & vtraq; impudica, infamis, vinolenta, haud minus vitijs æmulabantur quam si qua ex fortuna prospera acceperant. Enimuero certamen acerrimum, amita potius an mater apud *m* Neronem præualeret. Nam Lepida blandimentis & largitionibus juuenilem animū deuinciebat, truci contra ac minaci Agrippiua. Cæterum Lepidæ obiecta sunt, quod coniugium principis deuotionibus petiuisset, quodq; parum coërcitis per Calabriam seruorum agminibus pacem Italiæ turbaret. Ob hæc *n* mors indicta, multum aduersante Narcisso. Nero autem imperio adepto *o* junxit parricidio matris *p* amitæ necem: Quam cum ex duritia alui cubātem visitaret: & illa tractans lanugiam eius, vt assolet, jam grandis natu, per blanditias forte dixisset: simul hanc excepero, mori volo: conuersus ad proximos confestim se positurum velut irridens ait: præcepitq; medicis, vt largius purgarent ægram. Nam necdum defuncta bona inuasit, suppresso testamento, ne quid abscederet.

a Tac. li. 12. Ann. cap. 13.
b Lip. in Aug. dom. stem. et in com. Ta. p. 318.
c Suet. in Ner. cap. 6.
d de quo p. 94.
e Dio Ro. hist. lib. 60.
f Sue. in Galb. cap. 5.
g Sue. in Nero. cap. 5.
h an. l. 12. c. 31.
i lege maiore, vt Lipsius bene correxit.
k de qua p. 89.
l pater Neron.
m tunc nondū Imperator.
n tamen non moritur.
o in Ner. c. 34.
p huius Lepid.

FINIS GALBAE.

L. OTHO ET ALBIA TERENTIA PATER MATERQVE OTHONIS IMPERATORIS.



LVCIVS



Vcius Otho, pater Othonis Imperatoris, M. Syluij Othonis filius fuit, qui ex familia vetere & honorata atque ex principibus Hetruriæ originem traxit: pater Imp. L. Otho, materno genere præclaro, multarum & magnarum propinquitatem, tam carus, tamq; non absimilis facie Tiberio principi fuit. vt plerique procreatum ex eo crederent. Vrbanos honores proconsulatum Africæ, & extraordinaria imperia seuerissimè administrauit. Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos, quasi defectionis aduersus Claudium authores, occiderant, capite punire: & quidem ante principia se coram: quamuis ob id ipsum promotos in ampliorem gradum à Claudio sciret: Quo facto, sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit: quam tamen maturè recuperauit, detecta equitis R. fraude, quem prodentibus seruis necem Claudio parare compererat. *C. Sueto. in Othon. cap. 1.*

Namq; & Senatus honore rarissimo, statua in palatio posita, prosecutus est eum: & Claudius allectum inter patricios, collaudans amplissimis verbis, hæc quoq; adiecit: vir, quo meliores liberos habere ne opto quidem.

Albia Terentia, mater Othonis Imp. splendidissima mulier, vxor L. Othonis. Ex quo duos tulit filios: L. *a* Titianum & minorem M. Othonem Imperatorem, & filiam, quam nondum nubilem, *b* Druso Germanici filio despondit. *Idem.*

a cuius filius Salnius Coccεanus à Domitiano occisus est. Dom. c. 10. Lauin. Tor. Com.
b de quo p. 68.

M. OTHO, VIII. RO. IMP. ADEPTVS EST IMP. ANNO CHRISTI LXX. MENS. VII





. Siluius Otho, octauus Rom. Imp. L. Siluij Othonis ex Albia Terentia filius. A prima adolescentia prodigus, ac procax, adeo vt sæpe flagris obiurgaretur à patre. Ferebatur & vagari noctibus solitus. Post patris mortem libertinam aulicam gratiosam, quo efficacius coleret, etiam diligere simulauit, quamuis anum, ac penè decrepitam. Per hanc insinuatus Neroni, facile inter amicos summum locum tenuit, congruentia morum: vt vero quidam tradunt, & consuetudine *a* mutui stupri: Neroni vestigia pedum ad luxuriam quodam vnguento tingi, monstrauit. Nam Nero Sabinam nobilem fœminam abductam à viro, Othoni vxorem dedit, cum qua vterq; pariter rem habebat. Cum autem Nero eam sibi seruare vellet, Otho in Lusitaniam legatus missus, prouinciam decem annis, summa moderatione administrauit. *b* Deficiente à Nerone Galba, Otho primus ex ducibus ad Galbæ partes accessit, eodemq; momento & ipse spem imperij cepit. Animos militum omni obsequio deuinciebat, & beneficio conciliabat, vt palam omnes hunc solum successione Imperij dignum iudicarint. *c* sperauerat autem fore, vt adoptaretur à Galba, idq; in dies exspectabat. sed postquam Pisone prælato, spe decidit, ad vim conuersus, conspirationem inijt. *d* Destinata die, mane Galbam salutauit: utque consueuerat, osculo exceptus, etiam sacrificanti interfuit, deinde abscessit, Tunc abditus properè muliebri sella in castra contendit: ac deficientibus lecticarijs, cum descendisset, cursumq; cepisset, laxato calceo restitit, donec omissa mora succollatus, Imperator salutatus est, Inde missis qui Galbam & Pisonem truncidarent.

Sue. in Ot. c. 2. Tac. hist. l. c. 9.

a Xiph. è Dio. in Nerone. Tac. An. li. 14. cap. 1. Plin. li. 13. ca. 3.

b 4.

c 5.

d 6.

a Vergente

a Sue. cap. 7. *a* Vergente die ingressus est Senatum, positaq; breui ratione, quasi raptus de publico, & suscipere imperium vi coactus, gesturusq; communi omnium arbitrio, palatium petit: vbi per quietem pauefactus, repertus est ante lectum jacens, à quo per Galbam expelli se viderat. *b 8, & Tac. hist. l. 1. cap. 10.* *b* Interim exercitus Germanicus Vitellium Imperatorem eligunt. Quod vt comperit, autor Senatui fuit, mittendæ legationis, quæ doceat, electum jam principem, horteturq; ad concordiam. Otho etiam per internuncios, consortē imperij, generumq; se Vitellio obtulit, sed aduersis Dijs atq; auspicijs, bellū ciuile molit⁹ est. Tribus leuibus prælijs contra Vitelliones congressus victor extitit. *c 9.* *c* Quarto apud Bebryacum superatus est, & tunc tamen militum Othonis incredibilis fuit fides: nemo eorum neque disscessit, neque ad victorem se contulit, neque visus est rebus imperatoris desperatis de suo sollicitus: omnes ad fores eius se contulerunt, Imperatorem salutârunt, magna cum voce & summis precicus contenderunt, ne desererere ipsos, aut prodere hostibus vellet, sed vti, dum animi adhuc corporaq; ipsorum spirarent. Quin & vnus de obscurioribus gladium intendens, scias, inquit, Cæsar, hoc modo omnes pro te paratos: itaq; locutus, seipsum eo transadegit. Nihil horum Othonem inflexit: sed sereno vultu: *d* Pro certo habere, ait: ô comilitones mori, mihi esse honestius, quā imperare, neque enim tantum Romanis prodero, victoriam obtinens: quantum si me ipsum patriæ impendam.

Plut. in vita Othonis.

d Oratio Othonis. & Tac. hist. l. 1. cap. 16.

Xiphil. in Othon. è Dione. Sufficiunt, inquit, ea quæ facta sunt: odi enim bellum ciuile licet vincam. Charumq; habeo populum Rom. multo enim melius, multoq; justius vnum pro multis, quam pro vno multos interire. Vos, si me amatis, quæso finite me mori vt volo: nolite me cogere, vt viuam inuitus, sed ad victorem abite, eumque colite.

e Suet. ca. 11. Hæc locutus, discedere amicos & Senatores jussit. *e* Post


arripuit

arripuit duos pugiones & explorata utriusque acie, cum alterum puluino subdidisset, (foribus adopertis) arctissimo somno quieuit. Et circa lutem expergefactus vocato liberto, abi jam nunc, inquit, teque militibus ostende, ne te meæ necis adiutorem putent.

Eo digresso, vno se traiecit ictu infra læuam papillam. Et sic exanimatus est, Anno ætatis 38. & 95. Imperij die, & celeriter (vt præceperat) funeratus est.

X POPPÆA

POPAEA SABINA, VXOR OTHONIS.




HÆc illa



HAec illa POPPAEA, quæ OTHO à marito ſuo RVFO CRISPINO, Equ. Romano abduxit. Sed vt ipſe formam & elegantiam vxoris apud NERONEM ſæpe laudabat, inflamabatque principem, à NERONE OTHO in Luſitaniam miſſus eſt, vt ea NERO ſolus potiretur. Lege pag. 132. 133. 151. *De hac vide pagin. 132.*

FINIS OTHONIS.

L. VITELLIVS ET SEXTILIA PATER ET MATER VITELLI IMP.



L. VITEL-


. Vitellius, pater Auli Vitellij Imperatoris, Ex consulatu *a* Syriæ præpositus, Arthabanum Parthorũ regem summis artibus, non modo ad colloquium suum, sed etiam ad veneranda legionum signa pellexit. Mox cum Claudio principe, duos insuper ordinarios consulatus, censuramq; gessit. Curam quoq; imperij sustinuit, absente Claudio, expeditione Britannica: vir innocens & industrius, sed amore Libertine perinfamis, cuius etiam saliuis melle commistis, non clam quidem aut rarò, sed quotidie ac palã arterias & fauces pro remedio fouebat. Idem miri in adulando ingenij, primus *b* C. Cæsarem adorari vt Deum instituit, cum reuersus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato, circumuertensq; se, deinde procumbens: *c* fecit id verò Lucius vt necem effugeret. Nam Dio *d* refert: eum à Cajo accitum, vt interficeretur: eo modo se neci eripuisse, composuerat se longè quàm gloria eius ferret humiliori habitu, Caijq; pedibus aduolutus, effusis lachrymis, ac eum multis diuinis honoribus demulcens, vouensq; si incolumis euasisset, se ei sacrificaturum: ita hominem emollijt ac sibi placauit, vt non modo veniam ab eo consequeretur, sed & inter præcipuos posthac amicos haberetur. Aliquando Cajus rem sibi esse cum luna dixit, percontatusq; est Vitellium, vidisset ne se cum Dea congredi? Tum Vitellius quasi attonitus, oculis in terram demissis, tremens exigua voce: Solis, inquit, Domine, vobis Dijs licet inuicem videre: eoq; facto initio Vitellius, omnes reliquos adulando superauit.

Suet. in Vitell. cap. 2.
a Pl. l. 15. c. 19.
b de quo p.
c Læ. Tor. com. in hoc loco.
d Ro. hist. l. 59. A. V. C. 763.
adulatio L. Vitellij.

e Claudium vxoribus, libertisq; addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Messalina petijt, vt sibi pedes præberet excalceandos, detractumq; socculum dextrum, inter togam, tunicasq; gestauit assiduè, nonnunquam osculabundus.

e Suet. capi. 2.

a Liberti.
b adulatio est, nam hi ludi singulis 100. annis tantum exercebantur.
c Ann.l.6.c.8.

a Narcissi quoq; & Pallantis imagines aureas inter lares coluit. Huius & illa vox est, *b* sæpe facias: cum seculares ludos edenti Claudio gratularetur.

De Lucio, Tacitus: *c* Eo de homine haud sum ignarus sinistram in vrbe famam, plæraq; fœda memorati: cæterum regendis prouincijs prisca virtute egit.

Vnde regressus & formidine Caij Cæsaris, familiaritate Claudij, turpe in seruitium mutatus: exemplar apud posteros adulatorij dedecoris habetur, cesseruntq; prima postremis, & bona juuentæ, senectus flagitiosa oblitterauit.

d Sue. cap. 3.

d Decessit Paralysi altero die quam correptus est, duobus superstitibus, ex Sextilia, filijs, quos consules vidit. Defunctum Senatus publico funere honorauit: item statua pro rostris cum hac inscriptione. Pietatis immobilis erga principem.

Sue. in Vitellio cap. 3.



Extilia, probatissima nec ignobilis fœmina, vxor Lucij Vitellij, Auli Vitellij Imperatoris mater. Filium videns, missum ad legiones & appellatum Imperat. pro afflicto statim lamentata est: propter mathematicas prædictiones.

e Tac. hist. li. 2. ca. 12.
f hoc nomẽ Vitellio simul & Imperatoris datum fuerat.

e Ferebatur enim dixisse ad primas filij sui epistolas, à se non *f* Germanicum, sed Vitellium genitum. Nec vllis postea fortunæ illecebris, aut ambitu ciuitatis in gaudium euicta, domus suæ tantum aduersa sensit.

g idẽ li. 2. c. 18.

g Vitellius primo Capitolium ingressus, atq; ibi matrem complexus, Augustæ nomina honorauit. Præ paupertate Vitellius antequam fuerat Cæsar, ex aure matris Sextiliæ detractum *h* vnionem, pignerauerit ad itineris impensas.

h margaritã.

Suspectus

Suſpectus ipſe A. Vitellius de morte matris fuit: quaſi ægræ præberi cibum prohibuiſſet. Vaticinante Catta muliere, cui velut oraculo acquieſcebat, ita demum firmiter ac diutiſſimè imperaturum, ſi ſuperſtes parenti extitiſſet. *Suet. cap. 14.*

Alij tradunt: ipſam tædio præſentium & imminentium metu, venenum à filio impetraſſe, haud ſane difficulter. *Idē li. 3. cap. 14.*

Tacitus de ea: Erat Vitellio & feſſa ætate parens, quæ tamen paucis ante diebus opportuna morte, excidium domus præuenit. Nihil principatu filij aſſecuta, niſi luctum & bonam famam.

AVLVS

AVLVS VITELLIVS IX. R. IMP. ADEPTVS EST IMP. ANNO CHRISTI LXX. MENS. X.





VL. Vitellius, IX. Rom. Imperator, ex L. Vitellio & Sextilia prognatus. Primam ætatem apud Tiberiana ſcorta capreis egit, & ipſe perpetuo *a* ſpintria cognominatus: *b* Dehinc omnibus probris contaminatus, in aula præcipuum obtinuit locum, & Caio per aurigandi, Claudio per aleæ ſtudium, Neroni per citharædos & Muſicæ certamina factus familiaris, *c* quorum principum fauore honoribus etiam & ſacerdotijs eſt auctus. Proconſulatum Africæ poſthæc, curam quoq; operum publicorum adminiſtrauit, ſed ornamenta templorum ſurripuiſſe, & commutaſſe: proq; auro & argento ſtannum & aurichalcum ſuppoſuiſſe, ferebatur. *d* Poſtea à Galba in inferiorem Germaniam, contra opinionem miſſus eſt: ſatis conſtat exituro viaticum defuiſſe. *e* Caſtra ingreſſus nihil cuiquam poſcenti negauit. Comem, blandum, benignum, & ſupra modum facilem omnibus ſe exhibuit. Vnde vix menſe tranſacto, veſpere ſubito à militibus raptus è cubiculo, ita vt erat in veſte domeſtica, Imperator eſt conſalutatus. Aſſenſit & voluntati militum. Cognomen Germanicè delatum ab vniuerſis cupidè recepit: Auguſti diſtulit: Cæſaris in perpetuum recuſauit. Cum ei Galbæ cædes annunciata eſſet, compoſitis Germanicis rebus partitus eſt copias, quas aduerſus Othonem præmitteret, quasque ipſe perduceret. Cum adhuc in Gallia eſſet, de Othonis exitu & ſuorum victoria audijt. Prætorianos exautoratos, vt peſſimi exempli, juſſit arma tradere tribunis. Centum autem atque viginti quorum libellos Othoni datos inuenerat, expoſcentium præmia, ob editam in cæde Galbæ operam, conquiri, & ſupplicio affici imperauit: Priusquam in vrbem veniret, in ciuitatibus ac villis, more triumphantis apparatus fecit, nulla diſciplina militem coërcens, rapinas ac petulantiam omnium in jocum vertens. Vrbem deniq; ad claſſicum introijt paludatus,

Sue. in vita Vitellij, ca. 3.

a i.e. inuentor monſtruoſæ libidinis.

b cap. 4.

c 5.

d 7.

e 8.

9.

10.

Egregiè factum Vitellij.

11.

datus, ferroq́; ſuccinctus inter ſigna atq; vexilla. Magis deinde ac magis, omni diuino humanoq́; iure neglecto: Allienſi die pontificatum maximũ cepit, ordinauitq; ſe perpetuum conſulem. *a* At cum arbitrio hiſtrionum & aurigarum gubernaretur, & horum conſilio imperium adminiſtraret, pronus erat ad necem, vario genere fraudis nobiliores conſodales ſuos in ſocietatem imperij vocatos, occidit. Mathematicos omnes tota Italia ſubmouit.

a Sue. cap. 12.

14.

13. Sed præcipue *b* luxuriæ, ſæuitiæq́; deditus erat: Indicebat autem aliud alij eadem die, nec cuiquam minus: ſinguli apparatu *c* quadringenis millibus nummum conſtiterunt. Patinam vnam apparauit, in quam impedit *d* decies ſeſtertium, linguis, cerebrisq́; & jecoribus piſcium, & quarundam auium in eam coniectis.

b Pl. l. 35. c. 12.

c 10. millia coronæ aureæ. Xiphil. è Dione in Vitellio.

d 25. millia coronæ aureæ.

Octauo imperij menſe deſciuerunt ab eo exercitus Mœſiarum atq; Pannoniæ: Item ex transmarinis, Indaicus & Syriacus: ac pars in abſentis, pars in præſentis Veſpaſiani verba jurarunt. Hoc vbi intellexit, militum omnium beneuolentiam ſtuduit retinere, omnia largiens ſine modo & menſura. Sed cum vrgeret hoſtis terra, mariq;, L. Vitellium fratrem cum exercitu miſit, qui apud Cremonam ſuperatus eſt.

e In hoc notabilior cædes fuit, quia filius patrem interfecit; rem tradam: Iulius Manſuetus ex Hiſpania, rapaci legioni additus, impuberem filium domi liquerat. Is mox adultus, inter ſeptimanos à Galba conſcriptus, oblatum forte patrem & vulnere ſtratum, dum ſemianimem ſcrutatur, agnoſcensq́;, & exanguem amplexus, voce flebili precabatur placatos patris manes, neue ſe vt parricidam auerſaretur: publicum id facinus: & vnum militem quotam ciuilium armorum partem? ſimul attollere corpus, aperire humum, ſupremo erga parentem officio fungi.

e Tac. hiſt. lib. 3. cap. 6.

15. Reliqui Vitelliani duces in partes Veſpaſiani tranſierunt.

erunt. Vitellius destitutus ab omnibus, sero concordiam petebat. Igitur sibi metuens cum duobus comitibus, pistore & coquo, Auentinum & paternam domum clam petijt. *Sue. cap. 16.*

Mox leui rumore, tanquam pax impetrata, referri se in palatium passus est, vbi cum deserta omnia reperisset, confugit in cellulam janitoris, religato pro foribus cane, lectoq; & culcitra obiectis. *17.* Sed ab antecessoribus extractus, religatis post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, veste discissa, seminud9 in forum tractus est, *a* quibusdam scœno & stercoribus incessantibus, alijs incendiarum, alijs ebriosum vociferantibus: quibus libera voce respondit: *a Xiph. è Dio. in vita Vitellij.*

Se tamen Imperatorem fuisse.

b sunt scalæ, è quib. damnati pcipitabantur.

Apud *b* Gemonias, vbi *c* Sabinum Vespasiani fratrem necari permiserat, minutissimis ictibus excarnifactus, atq; confectus est, & inde vnco tractus in Tiberim. Aetatis anno 57. Imperij mens. 8. *d* Postea ab vxore Galeria sepelitur.

c Aur. Vict. epit. in vita Vit.
d Xip. è Dione in Vitellio.

PETRONIA, I. VXOR VITELLII IMP.



Etronia prima vxor Auli Vitelli, nondum Imperatoris: consularis viri filia, ex ea Vitellius filium Petronium, captum altero oculo, habuit: *a* Postea ipsam repudiauit, & à Cornelio Dolabella in matrimonium accepta fuit: Quapropter Vitellius factus Imperator, Dolabellam necari iussit.

Sue. in vita Vitellij, cap. 6.

a Ta. hist. l. 2. cap. 12.

Petronium heredem à matre sub conditione institutum, si de potestate patris exisset, manu emisit: breuiq; vt creditum est, interemit, insimulatum insuper parricidij, & quasi paratum ad scelus venenum, ex conscientia hausisset.

GALERIA FONDANA II. VXOR VITELLII IMPERATORIS.



GALERIA

Aleria Fondana, Auli Vitellij Imperatoris ſecunda vxor, patre Prætorio: De hac Galeria, Imperatoris vxore, meminit Tacitus: ipſam *a* Trachalum, aduerſus criminantes protexiſſe: modeſtam, nec minacem triſtibus, & pari probitate, matris Vitelliorum Sextiliæ, fuiſſe.

Suet. in Vitell. cap. 6.

a Tac. hiſt. lib. 2, cap. 11. & 12.

b Ex hac Vitellius liberos quoque vtriuſque ſexus tulit, ſed marem, titubantia oris, prope mutum & elinguem, *c* qui poſtea cum patre perijt. Hæc Galeria ridere ſolebat, quod in regia parum ornatus reperiſſet. Vitellius ab ea ſepultus eſt.

b Sue. vt ſupr.

c capit. 18. Xiphil. è Dione in Vitellio.

FINIS VITELLII.

T. FLAVIVS

T. FLAVIVS SABINVS ET VESPASIA POLLA PATER MATERQVE VESPASIANI IMPERAT.




T. Flauius Sabinus, patre municipe Reatino natus, maritus Vespasiæ Pollæ, pater Vespasiani Imperatoris: expers militiæ (etsi quidam eum a primipilarem: nonnulli cum adhuc ordines duceret, sacramento solutum, per causam valetudinis, tradunt) publicum quadragesimæ in Asia egit. Manebantq; imagines à ciuitatibus ei positæ. Postea fænus apud Heluetios exercuit, ibiq; diem obijt, superstitibus vxore Vespasia Polla, & duobus ex ea liberis: quorum maior Sabinus ad præfecturam vrbis, minor Vespasianus ad principatum vsq; processit.


Sue. in Vespas. cap. I.

a Centurionē


Vespasia Polla, vxor T. Flauij Sabini, mater Sabini & Vespasiani Imperatoris: Nursiæ honesto genere orta fuit, patrem habuit Vespasium Pollionem, ter Tribunum militum, præfectumq; castrorum, fratremq; senatorem prætoriæ dignitatis. Locus etiam nunc ad sextum miliarium à Nursia spoletum euntibus in monte summo appellatur Vespasiæ: vbi Vespasiorum complura monumenta extant, magnum indicium splendoris familiæ & vetustatis.

Sueton. idem.

F. VESPASIANVS X. R. IM. ADEPTVS EST IMP. ANNO CHRISTI LXXI. MENSE VI.





LAuius Vespasianus X. Rom. Imperator, natus est in Sabinis, Flauij Sabini & Pollæ filius, ab auia paterna Tertulla educatus. Sumpta toga virili, *a* latum clauum, quanquam fratre adepto, diu auersatus est: Tribunatum militum in Thracia meruit. Quæstor Cretam, & Cyrenas prouinciam sorte cepit: ædilitatis, ac mox præturæ candidatus, etiam non sine repulsa, sextoq; loco vix adeptus est: sub Caligula pro eius victoria Germanica ludos edidit. Claudio principe, Narcissi liberti gratia, legatus legionis in Germaniam missus est. Inde *b* Britanniam translatus tricies cum hoste conflixit. Duas validissimas gentes, superq; 20. oppida, & Insulam *c* Vectem Britanniæ proximam in deditionem redegit. Quare triumphalia ornamenta, & in spatio breui duplex sacerdotium, etiam consulatum & proconsulatum accepit. Africam integerrime administrauit, nisi quod Adrumeti seditione quadam rapæ in eum jactæ sunt. Redijt certe nihilo opulentior, vt qui prope labefactata jam fide omnia præda fratri *d* obligârit. *e* Et credebatur affectam eius fidem præiuuisse: & necessario ad mangonicos quæstus descenderit, propter quod Mulio vocabatur. Dehinc cum Iudæi arma contra Romanos caperent, prouincia illa ei, quasi duci strenuo oblata est: additis igitur ad copias duabus legionibus, octo alis, cohortibus decem, atque inter legatos maiore filio Tito assumpto, ciuitates Iudææ in se conuertit. *f* Othone atque Vitellio de principatu certantibus, in spem imperij venit: nam vnus ex nobilibus captiuis Iudæis *g* Iosephus, cum conijceretur in vincula, constantissime asseuerauit fore, vt ab eodem breui solueretur, verum jam Imperatore. prædixitq; de Titi Imperio. Vespasianus tamen nihil quidquam ante tentauit, quam sollicitatus: Mœsiaci exercitus circa Aquileiam eum primo Imperatorem elegerunt: nomenq; eius vexillis inscripserunt.

Sueto. in vita Vespas. cap. 2.

a Senatoriam dignitatem.

b nunc Angliam.

c nunc VVich dicit Boutiere in Su. Læ. Tor. in com. ex Pli. dicit, eā inter Britan. et Hib. Ptolem. vero, Vectim ponit inter Galliam & Britanniā.

d vt creditores fraudarentur.

e Tac. hist. li. 3. cap. 14.

f Suet. cap. 5.

g Ios. de bello Iud. l. 3. c 27. & Xip. è Dio. in Vespasian. cap. 6.

Mox præfectus Aegypti in verba Vespasiani legiones adegit: Iudaicus deinde exercitus. Præterea ex præsidibus prouinciarum Lucinius Mucianus, Syriacum promisit exercitum.

a Parth. rex. *a* Vologesus Parthus 40. millia sagittariorum. Suscepto

Suet. cap. 7. igitur ciuili bello, ac ducibus copijsq; in Italiam præmissis: interim Alexandriam transijt, vt Claustra Aegypti obtineret.

Paulo post aduenêre literæ, fusas apud Cremonam Vitellij copias, ipsum in vrbe interemptum nunciantes.

b Sue. in Vespas. cap. 7. Tac. hi. li. 4. c. 12. Xiph. è Dione. *b* De miraculis quæ ab eo, in initio principatus facta, scribunt authores: cum fabulosa videantur, omitto.

c de hoc triumpho illustri lege Iose. de bello Iud. li. 7. c. 16. 17. &c. In vrbem igitur Imperator Vespasianus reuersus, acto, cum filio, de Iudæis *c* triumpho, consulatus octo veteri addidit. Suscepit & censuram: ac per totum imperij tempus nihil habuit antiquius, quam prope afflictam, nutantemq; rempub. stabilire primo, deinde & ornare: militum licentiam reprimere: seditiosos coërcere: disciplinam militarem corrigere: Tum Achaiam, Rhodum, Lyciam, Byzantium, Samum insulam, Thraciam, Ciliciam & Comaginem, in prouinciarum formam redegit.

d cap. 9. e de hoc Iose. de bello Iud. l. 7. cap. 19. *d* Vrbem veteribus incendijs deformem, nouis ædificijs reparauit. Templum *e* pacis ædificauit. Capitolium incensum redintegrauit. Condidit & amphitheatrum, media vrbe.

11. Libidinem & luxuriam coërcuit. Cæteris in rebus, statim ab initio principatus vsq; ad exitum ciuilis & clemens.

12. Mediocritatem pristinam neque dissimulauit vnquam, ac frequenter præ se tulit. Tribunicium & patris patriæ nomen sero recepit.

13. Amicorum libertatem, ac Philosophorum contumaciam, lenissime tulit, fuitq; offensarum inimicitiarumque

14. minime memor, Vitellij hostis sui filiam, splendidissime maritauit, dotauitq; etiam & instruxit.

Non temere quis punitus insons reperitur, nisi absente eo.

Sola est

Sola est in qua merito culpetur, pecuniæ cupiditas: Sunt contra qui opinentur, ad manubias & rapinas necessitate compulsum summa ærarij fisciq; inopia: de qua testificatus sit initio statim principatus: professus *a* quadringenties millies opus esse, vt respublica stare possit. *a 1000. milliones aurea.*

Ingenia & artes vel maxime fouit: primus è fisco Latinis, Græcisq; Rhetoribus annua *b* centena constituit. Valetudine prosperrima vsus est. In principatu maturus semper, ac de nocte vigilabat: deinde perlectis epistolis, officiorumq; breuiarijs, amicos admittebat: ac dum salutabatur, & calceabat ipse sese, & amiciebat. Super cœnam autem semper alias comissimus, multa joco transigebat. Repræhendenti filio Tito, quod etiam vrinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans num odore offenderetur: & illo negante, atqui, inquit, è lotio est. Prima quoque morbi accessione, vt inquit puto: *b 2500. drac. aurea.*

DEVS Fio.

Profluuio autem ventris laborans, extinctus est. Aetatis anno 69. imperij 10.

F. DOMITILLA, IMPERAT. VESPASIANI VXOR.



FLAVIA


LauiaDomitilla *a* Liberta, vxor Veſpaſiani nondum Imperatoris: filia Flauij Liberalis Ferentini, nec quidquam amplius quam Quæſtorij ſcribæ. Quæ Flauia olim à Statilia Cappella equite Romano Sabratenſe, ex Africa delata, mox ingenua & ciuis Romana recuperatorio judicio, aſſerente eam in libertatem patre, pronunciata fuerat.

Sue. in Veſpaſ. cap. 3.
a Aur. Vict. in Veſpaſiano.

Ex hac Veſpaſianus liberos tulit: Titum, Domitianum, & Domitillam. Vxori autem & filiæ, ſuperſtes Veſpaſianus fuit, atq; adhuc vtramque priuatus amiſit. Titus & Domitianus, ambo Imperatores facti ſunt.

DOMITILLA

DOMITILLA, VESPASIANI IMP. ET FLAVIÆ DOMITTÆ FILIA.




Omitilla, Vespasiani, & Flauiæ Domitillæ, filia, obijt antequam pater fuit Imperator. Ad eius memoriam perpetuam institutum à Tito Imperatore fratre suo, vt Carpentum à mulis circensibus traheretur vt constat ex nummis. *Sueto. in Vesp. cap. 3.*

Ti. Cæs. Diui Vesp. F. Aug. P. M. T. R. P. P. P. Imp. VIII.
Memoriæ Domitillæ.
S. P. Q. R.
S. C.

CAENIS VESPASIANI IMPERATORIS PELLEX.



CÆNIS


AEnis siue Cænidis, Antoniæ Claudij matris, liberta, hanc Vespasianus post vxoris excessum, & à manu, dilectam quondam sibi reuocauit in contubernium: habuit etiam Imperator eam, pene justæ vxoris loco. *a* Dio istius Cænidis meminit: Per id tempus, inquit, obijt Cænis pellex Vespasiani Imperat. cuius propterea mentionem feci, quod maxima fide, & excellenti memoria fuit. Hæc enim heræ suæ Antoniæ matri Claudij, quæ ad Tiberium per eam nonnihil de Seiano scripserat, jusseratq;, vt id, ne quis forte deprehenderet, statim deleretur: frustra, inquit, Domine jussisti: hæc enim atq; cætera omnia, quæ mihi imperas, ita semper in memoria habeo, vt ex ea deleri non possint. *Sue. in Vespas. capit. 3.* *a Xiph. è Dio. in vita Vespas.*

Id igitur in ea admiratus sum, tum etiam quod Vespasianus valde delectabatur eius consuetudine, cuius etiam causa magnam potentiam assecutus est, ac per eam opes innumerabiles, vt creditum est, comparauit. Hæc enim multa accipiebat à multis, cum magistratus procurationesq; prouinciarum, & officia militum, ac sacerdotia, ipsa quoque responsa principis nonnullis venderet.

Vespasianus quidem neminem occidi jussit pecuniæ causa, sed plerosq;, quod pecuniam darent, incolumes seruauit. Quas omnes cum Cænis caperet, id fieri de voluntate Vespasiani, suspicio erat ex cæteris quæ gerebat.

Post mortem Cænidis, plurimas concubinas habuit Vespasianus, quarum aliqua, ipso quieti vacante, in defunctæ Cænidis locum, accubabat. *Sue. in Vespas. cap. 21.*

FINIS VESPASIANI.

VESPASIANVS ET F. DOMITILLA, PATER ET MATER TITI IMP.



Vespasianus Imperator, & Flauia Domitilla, pater & mater Titi Imperatoris, de quibus vide pag. 171. & 175.

TITVS

TITVS XI. RO. IMP. ADEPTVS EST IMP. ANNO CHRISTI LXXXI. MENSE VI.



Suet. in Tito. cap. 2.



Itus Vespasianus, XI. Rom. Imp. ex patre Vespasiano, & matre Fl. Domitilla, natus, anno quo Caligula occisus est. Educatus in aula cum Britannico simul ac paribus disciplinis, & apud eosdem magistros institutus: de potione venenata, qua Britannicus perijt, Titus quoque juxta cubans, gustasse creditur, graui morbo afflictus est diu.
3. In puero statim corporis, animiq; dotes exsplenduerunt: docilitate ad omnes fere, tum belli, tum pacis artes, donatus. Armorum & equitandi peritissimus, Latinæ, Græcæq; linguæ, vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promptus: sed ne Musicæ quidem rudis:
4. scribere notis ita nouit, vt omnes velocitate præcelleret.

Tribunus militum & in Germania & in Britannia (vbi patrem Vespasianum à Barbaris *a* circundato, in extremo periculo, eripuit) militauit, tanta fama, vt imaginibus & statuis donaretur. Quæstor factus, meruit præfecturam legionum in Iudæa, Taricheam & Gamalam, vrbes validissimas in potestatem suam redegit: equo quadam acie sub fœminibus amisso, alteroq; inscenso, cuius rector contra se dimicans occubuerat.
5. Galba tenente remp. missus ad gratulandum, quaqua iret, conuertit homines: vbi vero turbata cuncta sensit, ad patrem in Iudæam profectus est. Sed vbi pater potius ad vrbem se contendit, Titus ad perdomandum Iudæam relictus: Hierosolymam crudeli oppugnatione, fame, ferro, flammaq; confecit, ea die qua sibi filia nata est. *b* In ea obsidione tanta cædes Iudæorum facta est, vt numerus 11. centum millia excedat, & captiuorum 97. millia.

a Dio hist. Ro. lib. 60. A. C. V. 800.

b Iose. de bello Iud. l. 6. c. 45.

6. Deinde Romam reuersus, particeps & tutor Imperij factus cum patre de Iudæis triumphauit, censuramq; gessit vnà. Eidem collega & in tribunitia potestate, & in septem consulatibus fuit.

Præfe-

Præfecturam quoque Prætorij suscepit, egitq; aliquanto inciuilius & violentius: siquidem suspectissimum quemq; sibi, oppressit. In his A. Cæcinnam consularem, vocatum ad cœnam (*a* ob suspicionem stupratæ Berenicis vxoris suæ) confodi jussit: sane vrgente discrimine, dicit Suetonius. Quibus rebus imposterum plurimum contraxit inuidia. Propter sæuitiam suspecta in eo etiam luxuria erat: quod ad mediam noctem commessationes cum profusissimo quoque familiarum extenderet. Spadonum & exoletorum greges aleret: tum etiam propter insignem Berenices reginæ amorem, cui etiam nuptias pollicitus, ferebatur. Suspecta & rapacitas: quod constabat in concionibus patrijs nundinari præmiariq; solitum. Deinde à plerisq; Nero dictus: sed hæc in melius conuersa, immortalem ei gloriam pepererunt. *b* Nam vbi patriæ curam, mortuo patre, solus suscepit, signum mutatæ intemperantiæ protulit. Berenicem dimisit, inuitus inuitam. Nulli ciuium quicquam ademit: abstinuit alieno, vt siquis vnquam, & tamen nemine ante se mimificentia minor: ita vt amor & delitiæ humani generis diceretur. Cæteris vero desiderijs, ita animos hominum occupauit, vt ne quem dimitteret sine spe, dicens: 8.

a S. Aur. Vict. in Tito. Sue. cap. 7.

b Xiph. è Dio. in vita Titi.

Non oportere quenquam à sermone principis, tristem discedere.

Atque quodam die recordatus inter cœnandum, quod nihil tota die cuiquam præstitisset, Amici, ait:

Perdidimus diem.

Tristia quædam, sed fortuito, sub eo acciderunt, vt conflagratio Vesuuij montis, in Campania, incendium Romæ per triduum, totidemque noctes: item pestilentia, quando non temere alias.

In his

In his tot aduersis ac talibus, non modo principis, ſed & parentis affectum præſtitit: nunc conſolando per edicta: nunc opitulando, quatenus ſuppeteret facultas. Domum habuit Titus in Laocoonte, opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præponendum.

Plin.l.36.c.5.

Suet.cap.9.

Diuos patricij generis conuictos in affectatione imperij, nihil amplius, quam vt deſiſterent monuit, dicens:

Poteſtates fato dari:

Fratrem quoque Domitianum parantem inſidias, militumq; animos ſollicitantem, flens ſæpius obteſtatus eſt, ne parricidio aſſequi cuperet.

10. Inter hæc morte præuentus eſt, maiore hominum damno, quam ſuo. Cum in lectica transferretur, ſuſpexiſſe cœlum dicitur: multumque conqueſtum, eripi ſibi vitam immerenti.

Neq; enim extare vllum ſuum factum pœnitendum, excepto duntaxat vno.

Id quale fuerit, non facile ſuccurrit. Quidam opinantur conſuetudinem recordatum, quam cum fratris vxore habuerit: ſed nullam habuiſſe, per ſancta, Domitia jurabat.

11. Exceſſit febre, in eadem, qua pater, villa, apud Sabinos agro, anno ætatis 42. imperij 2. menſe 2. dieq; 20. quam ſucceſſerat patri. Philoſtratus ait: Titum à fratre Domitiano necatum, veneno leporis marini. Vix credi poteſt, quantum luctus, vrbi prouincijsq; intulerit huius mors.

ARRICI-


ARRICIDIA, I. VXOR TITI IMPERATORIS.



Sueto. in Tito. cap. 4.



RRICIDIA TERTVLLA, TITI nondum IMPERATORIS, prima vxor, TERTVLLII equitis Romani & præfecti quondam prætorianarum cohortium, filia, quæ abſque liberis deceſſit.



MARTIA

MARTIA FVLVIA II. VXOR TITI IMPERATORIS.



Sueto. in Tito. cap. 4.

ARTIA FVLVIA, TITI nondum Imperatoris, ſecunda vxor, poſt obitum ARRICIDIÆ ſplendido genere nata, cum qua (ſublata filia IVLIA) diuortium fecit.

IVLIA


IVLIA, TITI NONDVM IMP. FILIA.



De hac Iulia, Titi Imperatoris ex Martia Fuluia, filia, vide pagina 198.

FINIS TITI.

VESPASIANVS IMPERAT. ET FL. DOMITILLA PATER MATERQVE DOMITIANI IMP.



VESPA-



ESPASIANVS IMPERATOR & FLAVIA DOMITILLA, pater & mater DOMITIANI IMPERATORIS, de quibus vide paginam 171. & 175.

DOMI

DOMITIANVS XII. RO. IMP. ADEPTVS EST IMPERIVM, ANNO CHRISTI LXXXIII. MENSE IX.



DOMI.



Omitianus XII. Romanorum Imperator, Veſpa- *Sue. in Domi. cap .1.*
ſiani & Domitillæ filius, natus eſt, patre Coſ. deſi-
gnato. Pubertatis ac primæ adoleſcentiæ tempus,
magna inopia & infamia geſſiſſe, & conſtupratus
fuiſſe, fertur. Bello Vitelliano, cum patruo Sabi-
no, in capitolium fugit, & Iſiaci habitu euaſit. Poſt victoriam
progreſſus, & Cæſar conſalutatus, honorē præturæ cum conſu-
lari poteſtate ſuſcepit. Cæterum omnem vim dominationis
tam licenter exercuit, vt jam tum, qualis futurus eſſet, oſtenderet:
contrectatis multorum vxoribus, Domitiam Aeliæ Lamiæ nu-
ptam, abduxit. Expeditionem in Galliam & Germaniam, non 2.
neceſſariam inchoauit: triumphum patris & fratris Iudaicum, e-
quo albo, comitatus eſt. Inter Sex Conſulatus non niſi unum
ordinarium geſſit. ſimulauit & ipſe mirè modeſtiam: in primiſ-
que poeticæ ſtudio operam dedit. Patre defuncto nunquam ia-
ctare dubitauit, relictum ſe participem Imperij, ſed fraudem te-
ſtamento adhibitam. Neque ceſſauit ex eo, fratri clam palam-
que inſidias ſtruere: quo ad correptum graui valetudine, prius-
quam efflaret animam, pro mortuo deſeri iuſſit: defunctumq́;
nullo, præterquam conſecrationis honore dignatus.

Inter initia principatus, aliquandiu ſe varium præſtitit: 3.
miſtura quoque inæquabili vitiorum atque virtutum, donec i-
nopia rapax, metu ſæuus factus.

Quotidie ſecretum ſibi horarium ſumere ſolebat: nec
quicquam amplius, quam muſcas captare, ac ſtylo præacuto
configere, vt cuidam interroganti, eſſet ne quis intus cum Cæ-
ſare, non abſurdè reſponſum ſit:

Ne muſca quidem

Spectacula magnifica aſſidue & ſumptuoſa edidit, ſecula- 4.

a Aur. Vict. in vita Domit. Suet. capit. 5. res ludos fecit: omnibus certaminibus præſidit, habitu Deorum veſtitus, a ac more Caligulæ dominum ſeſe, Deumque dici coëgit. Multa ædificia publica & ampliſſima opera, incendio abſumpta, reſtituit: in quibus & Capitolium. Expeditiones quatuor habuit: Duas aduerſus Dacos, vnam contra Sarmatas, & Cattos: Bellum ciuile aduerſus ſe motum, mira felicitate confecit. Hiſtrionibus ſcenam interdixit. Caſtrari mares vetuit. Ius diligenter & induſtrie dixit, & ſæpius ſententias centumvirorum reſcidit. Magiſtratib. quoq; vrbicis prouinciarumq́; præſidibus coërcendis, tantũ curæ adhibuit, vt neq; modeſtiores vnquã, neq; juſtiores extiterint. Probroſus fœminis jus capiendi legata, hæreditasq́; ademit. Inceſta veſtalium virginum, à patre ſuo quoque & fratre neglecta, varie ac ſeuerè coërcuit: Corneliam virginem maximam conuictam, defodi imperauit. Ferebatur vox eius:

6.
7.
8.
9.

Princeps qui delatores non caſtigat, irritat.

Sed neque in clementiæ, neque in abſtinentiæ tenore permanſit: mox ad crudelitatem conuerſus, nobiliſſimos ex Senatu complures interemit: Philoſophos ac Mathematicos Italia

12. ſubmouit. Indies ferocior, imo magis ſanguinarius Nerone. Ad rapinas dehinc animum adiecit, vſq; adeo libidinoſus fuit, vt inter vulgantiſſimas meretrices noctu dieq́; verſaretur.

Pulſus arrogantia, cum procuratorum ſuorum nomine

13. formalem dictaret epiſtolam, ſic cepit:

Xiph. è Dio. in vita Domit.

Dominus & Deus noſter ſic fieri iubet.

Per hæc terribilis cunctis & inuiſus, tandem oppreſſus eſt

14. amicorum libertorumq́; intimorum conſpiratione, ſimul & vxoris, in ſuo cubiculo occiſus, vulneribus ſeptem contrucidatus eſt, anno ætatis 45. imperij 15. Cadauer eius loculo plebeiorum incluſum eſt.

DOMI

DOMITIA LONGINA, VXOR DOMITIANI IMPERATORIS.



Sueto. in vita Domit. c. 3. Omitia Longina, vxor Domitiani Imperatoris, hæc Aelio Lamiæ nupta erat, cui Domitianus hanc abduxit, *a* & in numero amicarum, in Albano monte secum habuit, eandemq; postea sibi in matrimonium accepit. Imperium adeptus, Aelium ob suspicosos quidem, verum & veteres, & innoxios jocos: quod post abductam vxorem laudanti vocem suam,

a Xip. è Dio. in Vespasi.

10.

Heu taceo, Heu taceo,

dixerat, necari jussit. Ex hac Domitianus secundo suo cons. filium tulit. Postea de cæde Domitiæ vxoris consultauit, propter admissum adulterium, capto consilio de sententia Vrsi, eam repudiauit: propter quam Paridem saltatorem in media via occidit. Principatum vero adeptus, eam reuocauit, neq; jactare dubitauit, eam vocatam in puluinar suum. Acclamari Imperator libenter audiuit:

Xip. è Dio. in Domitiano.

13.

Domino & Dominæ feliciter.

Altero anno, quod ei filium peperit, consalutauit vxorem vt Augustam. *b* Domitia mortem Imperatoris ignorasse non creditur: Nam & ipsa in odium eius venerat, timebatq; ne se interfici juberet. Equidem illud etiam accepi: Domitianum statuisse eam Parthenium & Sigerum cubicularios, Stephanum libertum & alios, interficere: atq; eorum nomina scripta in tabulis fuisse, sub puluinari ei⁹ lecti, in quo requiescebat: quas cum inde nudus & garrulus puer, forte dormiente Imperatore, accepisset, easq; interdiu haberet, in manibus, ignorans quid ferret: Domitiam forte occurrisse, eaq; quæ scripta erant, legisse, ac postremo rem omnem illis significauisse, insidiasq; simul præparauisse.

b Xip. è Dio. in vita Dom.

IVLIA

IVLIA DOMITIANI IMPER. NEPTIS ET PELLEX.



Sueto. in Tito capi. 4. 22.



Vlia, Titi Imperatoris & Martiæ filia, Domitiani ex fratre neptis, hanc ipſo Domitiano adhuc virginem in matrimonium oblatam fuiſſe, fertur: cum autem Domitiæ nuptijs deuictus, pertinaciſſime Iuliam recuſaſſet, non multo poſt Iuliam alij collocatam, Domitianus eam corripuit.

Idem in Dom. cap. 17.

Et quidem viuo etiam tum Tito, mox patre ac viro orbatam, ardentiſſime palamq́; dilexit: vt etiam cauſa mortis extiterit, coactæ conceptum a ſe abigere. Reliquiæ Domitiani à Phylle nutrice, cineribus Iuliæ Titi filiæ, quam & ipſe educauerat, commixti fuerunt.

FINIS DOMITIANI.

INDEX

INDEX PRIMVS, NOMINVM XII.

Imp. ipſorumq; LXIIII. parentum & vxorum, quorum effigies in hoc libello continentur.

Liuilla

FINIS

FRANCOFORTI AD MOENVM

Impressum typis Ioannis Collitij, impensis Pauli Brachfeldij.

M. D. XCVII.

